IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Multa a[*nte nub*]tias sponsaliorum nomine pro sollemnitate tradu[*ntur*], quae nequaquam in damnum debent dantis accresce[*re, sed*] mortua in matrimonio puella ad dantis commodum re[*voca*]ri, veteri scilicet iure neglecto. Patris igitur explosa p[*erso*]na propinquorumque his personis, quae ante coeptum [*matri*]monium videntur optulisse, incunctanter ea redhib[*eri opor*]tet. DAT. III ID. IVL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CON[*SS*].

*T (numerus adest).*

6 triu. *T*

III, 5, 10 (380/1 . . .).

IMPPP. GRAT(IANVS), V[*AL*](ENTINI)ANVS ET T[*HEODOSIVS AA*]A. AD . . . . .

IVST.

IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PP. Arris sponsaliorum nomine datis, si interea sponsus vel sponsa decesserit, quae data sunt iubemus restitui, nisi causam, ut nuptiae non celebrentur, defuncta persona iam praebuit.

*T (numerus adest; deficit 2 in* ad*). In margine:* . . . . oc con(stituti)o ia*(?)* q(uae) e(st) et posterior | . . . . . . u *(vel* n*)* t(it.) 1 con(stituti)o V. — IVST. 5, 1, 3.

II, 5, 11 [= BREV. III, 5, 6] (380 Iun. 17).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAE-
TORI)O. Patri matri tutori vel cuicumque ante decimum puellae annum datis sponsalibus
quadrupli poenam remittimus, etsi nubtiae non sequantur; et si interea puella decesserit,
1 sponsalia iubemus sponso restitui. Quod si decimo anno vel ultra pater quisve alius,
ad quem puellae ratio pertinet, ante duodecim annos, id est usque in undecimi metas,
suscepta crediderit pignera esse retinenda, deinceps adventante tempore nubtiarum a fide
2 absistens quadrupli fiat obnoxius. Viduae autem ratio diversa est, cui auxilium non
suffragatur aetatis, scilicet ut ea matrimonium non inplens ad quadruplum ex vetere
3 constitutione teneatur. Duodecimo autem anno inpleto quisquis de nubtiis paciscitur,
si quidem pater, semetipsum obliget sive mater curatorve aut alii parentes, puella fiat
4 obnoxia. Cui quidem contra matrem tutorem curatorem eumve parentem actio ex bono
et aequo integra reservetur eorum pignerum, quae ex propriis iuxta poenam iuris reddi-
derit facultatibus, si ad consensum accipiendarum arrarum ab his se ostenderit fuisse
conpulsam. DAT. XV KAL. IVL. THESSAL(ONICA) GRAT(IANO) A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

INTERPRETATIO. Pater vel mater puellae aut, si pater defuerit, tutor, curator vel aliquis ex propinquis si, antequam decimum annum puella contingat, de nubtiis pacti fuerint et sponsalia susceperint, si postea mutata voluntate rennuere voluerint quem prius susceperant, non addicantur ad quadruplum, sed ea tantum quae sunt suscepta restituant: nam et si puella mortua fuerit, hoc tantum quod acceperant reddant. Sin vero iam puella decimum agens annum usque ad undecimum plenum susceptas arras vel ipsa vel parentes tutores curatoresve tenuerint, id observandum est, ut si fidem placiti mutare voluerint et illum rennuant, cuius sponsalia suscepit, ad quadrupli poenam sine dubio teneatur persona, quaecumque de puellae nubtiis placitum fecit. Quod si antequam annus undecimus conpleatur, pignera suscepta reddiderit, nullam de susceptis arris calumniam pertimescat. Nam si vidua fuerit, nihil per aetatem poterit excusare, si animum alibi deverterit et priorem sponsum rennuere voluerit. Tunc quaecumque suscepit sponsaliorum titulo, in quadruplum reddat. Puella vero post duodecimum aetatis suae annum, si pater de nubtiis illius aliud facere voluerit quam promisit, ad quadrupli poenam et ipse tenendus est. Si pater mortuus est et de nubtiis puellae mater tutor aut curator aut

---

1 ual. grat. *G* et *om.* *O* eotropio *S* 2 quicumque *E* ann. puell. *G* dotis *B* 3 quadrupi $E^{a}$ poena *BGEPMLS* etsi] ut si *NG* nuptias *L* sequatur *L* discesserit *BGL* 4 sponsi *S* decimum *GL* ulta $L^{a}$ quisue al.] *L ex em.*, quis uel al. *NGECPMS*, quis al. $B^{1}$, uel quis al. $B^{2}$, uel al. quis *O* 5 ad quem] aliquem *M* duodecimum annum *BG*, duodecimo anno *E* id est] idem *G* in] *NBO*, ad *GECPMLS* undecimi metas] *PM*, undecimum aetas *NBG*$E^{a}$*(?)*$L^{a}$*S*, undecimum annum aetas *C*, undecimum aetatis *O*$L^{b}$, undecimo die aetas $E^{b}$ 6 credederit *M* pignira *L*, pignora *BGC* retinenda] reddenda *GPM* adueniente *N*, aduenta ante *E* 7 quadrupi $E^{a}$, quadruplu *L*, quadrupli poena *BG* obnoxios *EL* cui] cum *G* 8 aetates *N* scilicet *om.* *O* ut ea] ut eam *ECL*, minoris antea *N*, quae *O* patrimonium *N* ueteri *OC* 9 teneatur] teneantur *N*, *om.* *L* duodecimum *N* annum *N* pascitur $NB^{1}$ 10 siue] si *CL*, sin *NE* curatorue] curatori *N* 11 obnoxiam *S* tutorem] tutore *L*, tutorum *GPM*, *post* curatorem *O* curatorem eumue] curatorum eumue *P*, curatorumue *GM*, uel curatorem eumue $E^{a}$, uel curatoremue $E^{b}$, ue *B* 12 et] et ex *CL* aequo integra] integro aequa *O* reseruentur *PM*, reseruatur *EC*, reseruato *B* pignorum *BECL* quae] qua $M^{a}$ ex] hec *L* poenam] bonam *L* 13 ad] et *S* arrarum] rerum *BG* his] hi $P^{a}$, eis *BG*, ipsis *E* ostenderet *N* 14 conpulsum *N* dat. xu (xii *BG*) k. iul. thess. grat. a. *(om. BC)* u *(om. BC)* et th. a. (aa. *C*) i *(om. NBGOE) libri* 15 pater] si pater *B* aut] autem *B* tutor] uxor *B* alius quis *CL* 16 puellam *NPM* 16/17 sponsalicia *B* 17 mutare *NL* renouere *G* quem] quam $C^{1}L$, quae *GPMS* 18 addicantur] *NBGO*, addicuntur *ECPLM*, adducuntur *S* sunt (sint *N*, *om.* *G*) suscepta] susceperant *B* restituent *L* et *om.* *CL* 19 reddant] *NOGS*, reddunt *BCPML* sin] si *O*$E^{a}$*L*, si quit *GPMS* uero iam] iam uero *G* 20 plenus *N* curatoresue] uecuratores $S^{a}$, uel curatores $S^{b}$ tenuerunt *C*, tenuerant *PMS* 21 ut] quod *G* immutare *OC* uoluerit *NPMS* renuant *G*, ren(n)uat *OEPMS*, rennuit *NB* 22 poena *PM*, poenas *C* 23 quid *L* annos *N* pignora *NEC* reddiderint *L* nulla *PMS* 24 pertimescant *edd.* uiduam *N* per] pro *N*, propter *BG* potuerit *N* 24/25 excusari *EC* 25 si] si enim *O* deuerterit] *NS*, auerterit *L*, diuerterit *plerique* tunc] haec *BG* 26 sponsaliorum (-liciorum *BG*, -liarum *L*) titulo] t. sp. *O* quadruplo *BL* 27 illius] alius *N*, *om.* *L* aliud . . . 28 et de nubtiis *bis* *E* 27 poena *NPMLS* 28 si] quod si *BG*, si uero *O* et *om.* *BG* 28/138, 1 tut. mat. cur. prop. *O*

propinquus aliquis definierit et puella alteri nubere maluerit, ipsa sponso priori de propriis facultatibus quadruplum satisfaciat, quod accepit: hac tamen condicione servata, ut postmodum contra praedictas personas agere possit, si illius arras, quem rennuit, illis cogentibus invita suscepit.

---

BREV. (*NBGOECPMLS*). — SCHOLIA SINAITICA c. 3: *Σαβ.: ἐκ πλεύρου τῆς μνηστῆς παραιτουμένης τὸν γάμον κέχρησο τῇ ἐν τῷ γ΄ βιβλίῳ τοῦ Θεοδοσιανοῦ διατάξει· περὶ γὰρ αὐτῆς μόνης διαλέγεται.* — BVRG. R. 27, 1.

1 aliquid *NGS* defuerit *B* uoluerit *BL* ipsa] et ipsa *L*, ipso *B*, ipsi *G* priori *om. N* 2 quadruplum satisfaciat] *libri*, s. in q. *edd.* haec *E* 3 illius] eius *O* quem] quae *N* rennuit] retenuit *L* 4 susciperet *B*, suscipiat *G*

---

III, 5, 12 [= BREV. III, 5, 7] (422 Nov. 3).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AD MARINIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Si pater pactum de filiae nubtiis inierit et humana sorte consumptus ad vota non potuerit pervenire, id inter sponsos firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur definitum, nihilque permittatur habere momenti, quod cum defensore, ad quem minoris commoda pertinebunt, docebitur fuisse transactum. Periniquum est enim, ut contra patriam voluntatem redempti forsitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium, cum plerumque etiam ipsius feminae adversus commoda propria inveniatur laborare consilium. ET CETERA. DAT. III NON. NOVEMB. RAV(ENNA) DD. NN. HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Ubi de coniunctione filiae patris sententia fuerit definitum, si humano casu, antequam puella iungatur, mortuus fuerit pater, mutari placitum nulla poterit ratione, nec habebit puella licentiam aliud faciendi, etiamsi mater tutor aut curator vel propinqui alium voluerint fortasse suscipere, quam pater elegit, sed patris promissio circa sponsum, quem ipse suscepit, firma permaneat nec ipsi puellae suo consilio contra voluntatem patris aliud velle ulla ratione permittetur.

---

BREV. (*NBGO[om. int.]ECPMLS et ad textum inde ab* 5 periniquum *12. 14. 16. 17.* — IVST. 5, 1, 4.

1 ad mar.] a marinianum *L*, mariniano *B*, ad marianum *S Iust.*, mariano *O* ppo] populo *B*ª, ppu *G*ᵇ, ppm *E* 2 pactum] pretium *O* filia *L* ingerit *NG*ᵛ, finierit *G*ᵗ consumptos *N* 3 potuerit] poterit *NPMS* raptumque *L* maneat *E* decebitur *S* 4 nilque *B* quod cum] quodcumque *G* defensorem *N* ad quem] adque *G*ᵗ*CL*, atque *NB*, ad *O* minores *NBG*ᵗ, minora *G*ᵛ 5 periniquum] *OE*ᵇ*CLS 12 Iust.*, per initium *BG*, pro iniquum *N*, iniquum *E*ª*PM 16. 17*, initium *14* ut *om. L 12* 5/6 patria *L* 6 tutores *N 16, 17* curatores *N 16. 17* admittantur *B 16*, admutantur *G*ª arbitrio *14* 7 feminae] familiae *PMS* commoda] da *L*ª propria] propriia *L*ª, proprium *17*, et propria *12* inueniatur] ueniatur *17* 8 dat. iii (*sic NBOEC*, iiii *GPMS*, *om. Iust.* [*PL*]) non. nou. (d. *Iust.* [*PL*]) rau. ddnn (*sic NE*, dnno *C*, dda *PMS*, *om. BGO*) hon. (theodosio *N*) xiii et theod. (honorio *N*) x (a *E*, *om. G*) aa. (*om. N*) *libri* 9 humanum *EM*ª, humanu *N* 10 casum *E* patris *BS* 11 tutor] aut tutor *edd.* aut cur. uel] uel cur. aut *PM* propinqualium *E* 12 uoluissent *B* fortasse suscipere q. p. elegit] *NBG*, q. p. e. fort. susc. *CPMS*, aeligere aut fortasse suscipere *L* quem] quam *N* ipse] in se *B* 13 nulla *L* 14 permittetur] *N*, permittitur *BGECPMS*, permittatur *L edd.*

---

III, 5, 13 [= BREV. III, 5, 8] (428 Febr. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENTIN(IANVS) AA. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). POST ALIA: Si donationis instrumentum ante nubtias actorum sollemnitate firmatum sit, de traditione, utrum nubtias antecesserit an secuta sit vel penitus praetermissa, minime perquiratur: in

---

1 ierio *L*, higerio *E*, igerio *B*, hiero *GS*, icelio *O* 2 donationes *NS* instrumenta *BG* auctorum *S* firmatum est *N*, firmatum si *S*, firma sint *B* tratione *N* 3 ante gesserit *B*, antecesserint *G*ª*L*, aute accesserit *S*, accesserit (accerserit *M*¹) ante *PM* an] *om. PM* secuta] te *L*ª, secute *L*ᵇ sint *G*ª pertermissa *L*ª, intermissa *G* minime] uel m. *BG* perquiratur] requiratur *B*

illa donatione, quae in omnibus intra ducentorum solidorum est quantitatem, nec actorum confectione quaerenda. Haec enim commoda nec mariti fraude nec successorum eius inprobitate nec scrupulositate iuris, etsi inperite vel callide rerum offerendarum in dotem habeat donatio mentionem, denegari uxoribus deceptis patimur vel his, qui in earum iura succedunt, sed a marito vel ab heredibus eius exacta restitui; illa manente lege, quae ‖ minoribus aetate feminis etiam actorum testificatione ⌈ omissa, si patris auxilio destitutae sint, iuste ⌞consuluit⌟. ET CETERA. DAT. X KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) TAVRO ET FELICE CONSS.

| IVST. |
|---|
| ‖ *inc.* |
| ⌈ in ante nuptias donatione ad eas facta ⌞consulitur ut firma donatio sit⌟ |

INTERPRETATIO. Si donatio sponsalicia ante nubtias gestis inseritur, etiamsi res donata non traditur, non poterit infirmari. In illa vero donatione, cuius summa infra ducentorum solidorum pretium invenitur, etiamsi gesta defuerint, nulla feminis poterit sub quacumque calliditate aut obiectione calumnia commoveri, sed qualiscumque cum die et tempore scriptura sufficiet. Et ideo seu illa donatio, quae sine traditione gestis habetur inserta, seu illa, quae infra ducentorum solidorum summam consistit, nullis calumniarum argumentis in aliquo vacuentur, sed a marito, vel ab heredibus eius feminis iubentur exacta restitui: illo tamen beneficio legis circa eas feminas quae in minoribus annis defuncto patre nubtae sunt, permanente, ut de quantalibet summa fuerit conscripta donatio, etiamsi gestis allegata non fuerit, omni firmitate subsistat.

---

BREV. *(NBGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 5, 3, 17. — BVRG. R. 27, 3. 6.

1 est *om. O* quantitate *NBEPML*$^{b}$*S*, quantite *L*$^{a}$ auctorum *S* 2 confectionem *G* haec] nec *B* 3 scripulositate *L*, scripulosi fuit *PM* etsi] *NOELS*, aetati *BG*, si et *CPM* callide rerum] cui dederunt *B* offendarum *LS* in *om. PMS* dote *GL*$^{b}$, te *L*$^{a}$ 4 donatio mentionem] donationem *EPML*$^{b}$ deceptis] denuptis *N* patemur *N*, patiamur *L*, non patimur *BGEOS* uel his] uitiis *N* qui] quae *E* iure *S* 5 ab *om. G* 6/7 actorum] actor *N*, auctorum *S*, gestorum *O* 7 si patr. auxilio (-liu *M*$^{a}$) destitutae sint (sin *S*)] si p. a. destituta sit *BG*, si d. sunt p. a. *O* 8/9 dat. x (xi *BG*) k. mart. const. tauro et felice (ii *ins. BG*) *libri* 10 inseretur *NPM* 11 tradetur *L*, tradatur *E* porit *S* donationem *L* intra *GPMS* 12 pretium] inpretium *PM* defuerint] defuerit *E*$^{b}$, non fuerint *GPMS* 13 submoueri *BG* sed] et *C*$^{1}$ qualiscumque] qualicumque *BG*$^{b}$ cum *om. BG* scripta *G* sufficiat *NBG* 14 seu] siue *G* traditione *om. L* quae] qua *N* intra *BG* 15 summam] summa *GECPMS*, *om. N* constitit *N* uacuenentur *G*, uacuetur *E*$^{b}$ 16 uel] seu *C* ab *om. N* iubetur *NBG* illud *E* 17 ut de q. summa] ad quantamlibet summam *B* 18 subsistit *P*$^{2}$*MS*, subsistet *C*

---

I, 5, 14 . . . . . . . . . .

*.....ιον.ο ἀκίνδυνον εἶναι τὴν παράβασ[ιν] τῇ μνηστῇ καὶ τῷ μνηστῆρι* p̄ *ἀλλ' ἐν τῷ γ' βιβλίῳ τοῦ Θεοδοσιανοῦ κώδικος τίτλῳ ιε' ἡ ιε' τοῦ τίτλου διάταξις κρατύνει τὰς περὶ συστάσεως τῶν γάμων* poenas *καὶ μεχρὶ τοῦ διπλοῦ.*

---

SCHOL. SINAIT. c. 2: *Propter sponsalia non impleta cum poena quadrupli obtineret fortasse iam iure antiquo, certe secundum constitutiones a. 380 (3, 5, 11 + 3, 6, 1) et a. 409 (3, 10, 1), imminuta est ad duplam constitutione hac deperdita. Similis est in Iustiniano 5, 1, 5 Leonis et Anthemii a. 472:* mulier . . . arrarum . . . nomine usque ad duplam teneatur . . ., si post completum vicesimum quintum annum . . . huiusmodi arras suscepit, in simplum autem . . . si minoris aetatis est. *Ibidem etsi additur:* quadrupli poena . . . . quae anterioribus legibus definita erat . . . cessante, *probabile est similem legem iam propositam esse inter a. 409 et 437. Locum ei adsignavi coniectura numeris accommodata.*

# VI. SI PROVINCIAE RECTOR VEL AD EVM PERTINENTES SPONSALIA DEDERINT.

uel] et *O* — sponsalicia *E* — dederit *C*. — *Iust.* 5, 2: si r. pr. uel .... dederint.

III, 6, 1 [= BREV. III, 6, 1] (380 Iun. 17).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Si quis in potestate publica positus atque honore administrandarum provinciarum, qui parentibus aut tutoribus aut curatoribus aut ipsis, quae matrimonium contracturae sunt, potest esse terribilis, ⌜sponsalia⌝ dederit, iubemus, ut deinceps, sive parentes sive eaedem mutaverint voluntatem, non modo iuris laqueis liberentur poenaeque ⌜expertes sint, quae quadruplum statuit⌝, sed extrinsecus data pignera lucrativa habeant, si ea non putent esse reddenda. Quod ita late patere volumus, ut non solum circa administrantes, sed et circa administrantium filios nepotes ⌈ propinquos participes ⌈⌈ domesticosque ⌜censeamus⌝, quibus tamen administrator operam dederit. Inpleri autem id postea matrimonium non vetamus, quod tempore potestatis ob eas personas, de quibus locuti sumus, arris fuerat obligatum, si sponsarum consensus accedat. DAT. XV KAL. IVL. THESSAL(ONICA) DD. NN. GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS.

IVST.
⌜arras sponsalicias⌝
⌜statutae expertes sint⌝
⌈ ac ⌈⌈ id est consiliarios
⌜locum habeat⌝

INTERPRETATIO. Iudex provinciae cuiuslibet vel quicumque in administratione constitutus si habeant aliqui adultos secum filios in praedicto honore positi aut propinquos vel qui ipsis in consortio administrationis videntur adiuncti, si per potestatem aut comminando parentibus aut terrendo forte tutores sive curatores vel ipsas quoque puellas sponsaliorum nomine aut arrarum ad obligandam cuiuslibet domum aliqua dederint, si contra hanc voluntatem aut parentes vel ipsae puellae resultare voluerint, habeant liberam facultatem rennuere, quod ita suscepisse videntur. Nec poenam sibi noverint quadrupli exigendam, sed etiam ea, quae sub terrore visae sunt accepisse, in lucrum suum, si voluerint, retinebunt, nec constringi possunt, nisi forte ex suo arbitrio reddere voluerint. Nam si post administrationem aut parentum aut puellarum circa eos, qui sponsalia dederint, voluntas nubendi permanserit, sequatur electa coniunctio.

---

BREV. (*NBGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 5, 2, 1.

1 et (eti *S*ᵇ) tropio *S* 2 honores *L* administrandorum *L* 3 aut cur. *om. O* 4 contractores *N*, contractae *G* sint *Iust.* 4/5] potest esse terribilis] potestates se terribilia *BG* 5 dederint *B*, dederunt *G* 6 eadem *NE*ᵗ, eandem *L*, alii (alia *G*ᵃ) eadem *B*ᵃ*G*ᵃ, alii eandem *B*ᵇ*G*ᵇ, heredes *S*, heredes eandem *O* demutauerint *CPM* 6/7 laq. iur. *O* 7 liberantur *BG* pena quam *B* expertes (-te *BGL*) sint (sunt *G*)] experti sint *NE*ᵛ, expetissent *E*ᵗ 8 statuit sed] statuisset *B*, statuisset sed *G* pignora *B*ᵇ*GECS* 9 eam *N* putent] potent *NE*ᵃ*LS*[1], putauerint *G*, potuerint *B*, potest *S*[2] quo *L*, quod si *E* late patere] latere *B*, latere (late.. *G*ᵃ) patere *G*, lateat patere *E*ᵇ 10 uoluimus *B* ut *om. B* administratores *BG* et *om. G* 11 filiorum *G* 12 censemus *BGEPMLS* tamen] iam *B* 13 opera *N* dederint *G*ᵃ inplere *E* matr. post. *O* 14 quod] quo *BGC* pot. temp. *BG* ob] *OCL*, ut *GPM*, ab *NB*ᵃ*E*, ad *B*ᵇ*S* fuerit *GE*, fuerint *L* 15 obligate *L* 15/16 dat. xu (u *S*) k. iul. thessalonica (thessale *N*) dd. nn. (dd nou *E*, donno *G*, *om. B*) grat. a. (*om. NOE*) u (*om. E*, aug. *ins. G*) et theodosio (honorio *PMS*) ā i (ā i *C*, i a. *B*, a. *NOE*, i *PM*, *om. GS*) *libri* 17 in] in eadem *BG*, *om. NL* 18 aliquid *N*, aliquis *L*, aliquos *G* adultus *ME*ᵃ ipsis] in ipsis *B* 19 potestate *E* communicandum *N* 20 terrendos *B* 21 ad] id *PMS*, aut *BGE*, *om. L* aliquam *S* uel] aut *L edd.* 22 habebunt *L* quod] quod si *BGES* 23 quadrupi *E*ᵃ exigenda *L* ea *om. N* uisa *NBGEC* 25 si *om. G* administratione *N* 26 dederunt *PMS* electe *S*

# VII. DE NVBTIIS.

*Iust.* 5, 4.

I, 7, 1 [= BREV. III, 7, 1] (371 Iul. 16).

IMPPP. VALENTIN(IANVS), VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. AD SENATVM. Viduae intra vicesi-
mum et quintum annum degentes, etiamsi emancipationis libertate gau-
dent, tamen in secundas nubtias non sine patris sententia conveniant ||
aut in obpugnatione. Cessent itaque sequestres atque interpretes, ta-
citi nuntii renuntiique corrupti. Nubtias nobiles nemo redimat, nemo
sollicitet, sed publice consulatur adfinitas, adhibeatur frequentia pro-
1 cerum. || Quod si in condicionis delectu mulieris voluntas ⌜certat⌝ sen-
tentiae propinquorum, placet ammodum, ut in ⌜pupillarum⌝ coniuncti-
onibus sanctum est, habendo examini auctoritatem quoque iudiciariae
cognitionis adiungi, ut, si pares sunt genere ac moribus petitores, is
2 potior aestimetur, quem sibi consulens mulier adprobaverit. Sed ne
forte hi, qui gradu proximo ad viduarum successiones vocantur, etiam
honestas nubtias inpediant, si ⌜huius⌝ rei suspicio processerit, eorum
volumus auctoritatem iudiciumque succedere, ad quos, etiamsi fatalis sors intercesserit,
tamen hereditatis commodum pervenire non possit. DAT. XVII KAL. AVG. GRAT(IANO) A. II
ET PROBO CONSS.

IVST.
|| *desinit*
|| *redit* ⌜repugnat⌝ ⌜virginum⌝
⌜huiusmodi⌝

INTERPRETATIO. Viduae intra vicesimum et quintum annum si fuerint constitutae adhuc vivis patribus, tametsi emancipatione adquisierint libertatem, si ad secundas nubtias venire voluerint, noverint coniunctionem suam in patrum potestate, non in propria voluntate consistere, et eorum electioni, non quorumcumque amicorum aut familiarium sequendum esse consensum. Si vero patres mortui sunt, nec sic quoque ex suo singulariter arbitrio nubendi habeant potestatem, sed pro honestate coniunctionis iudicium sequendum est propinquorum. Quod si duo petitores extiterint, consulendi sunt quidem parentes, nec praetermittendus est etiam iudex, qui voluntatem feminae pro honestiore dumtaxat parte prospiciat. Nec illis tantum propinquis praestet adsensum, qui suspicione hereditatis utuntur, qui forte, dum nubtias differunt, pro successione hereditatis mulieris mortem expectare videntur: sed illorum magis, si talis condicio intercedit, electio sequenda est, qui nihil possunt de ipsius hereditate conquirere.

---

BREV. *(NBGO [om. int.] ECPMLS)*. — IVST. 5, 4, 18.

1, 2 uic. et *(om. OPM)* quintum] q. et uic. *Iust.* 2 emancipationes *L*, mancipationis *O* libertatem *PMS* 2/3 gaudeant *BG* 3 sine p. s. non conu. *Iust.* 4 obpugnatione (-nem *NC*)] opigenerationem $B^a$, oppignerationem *O*, obpignerationе $G^t$, pignorationem $B^b$ cessent] cesserint $B^b$ itaque] itaque qui *B* sequestris *E* 5 nuptii *N*, nu.tii $L^a$ renuntiique] que *O*, renuntii itaque *B* currupti *M* nobilis *NO* 6 consolatur *BCL*, consuleatur *G*, consultatus $E^v$ 7 quod si] quod non *E* condiciones *PM* delectum *NPM Iust. Krueger*, dilectum *BL*, delictum *GES*, dilectu *O*, delictu *C* certa *BGS* 7/8 sententia $N^aELS^a$, sequentia $N^b$ 8 placit *M*, placent *NS* ammodum *om. O* ut (et *N*) in *om. BG* pupillorum *B*, puellarum *O* 9 sanccitum *S*, sancto *G* est *om. B* habendum *S* exanimi $BG^t$ auctoritate *NBGPMS* iudicariae *N* 10 cognationis *L*, conditionis *S* patres *N* ac] aut *BG* minoribus petitoris *E* his $NB^aGPMLS$ 11 potiora *E*, potius *GO* extimetur *PM* adprobarit *CL*, adprobaret $NBG^t$ 12 hii *NBECPMLS*$^b$, alii *G* gradum *L*, grado $E^a$ proximi *BG* uiduarum *post* succ. *O* successionem *BGO* etiam] etiamsi *S*, et *Iust.* 13 praecesserit *NB*, processerint *C* 14 auctoritate *PMLS* inditiumque *B* fatales *N* 15 hereditates *NS* commodo $L^a$*(?)* 15/16 dat. xuii (xuiii *O*, ui *BG*) k. aug. gratiano (iuuino *B*) a. *(hic finit E)* ii et probo (probino *G*) *libri* 17 et *om. PM* contestatae *N* adhuc] et adhuc $ECPML^bS$ 18 parentibus *NE* tamen etsi *BGE* emancipationem *B*, emancipationes *G* adquisierit *N* libertatis *BG* si *om. L* 18/19 uoluerit *N* 19 potestatem *NPM*, uoluntate *G* in *om. N* probria *E* 20 electioni] *libri*, electione *edd.* quorumcumque] quorumque *B*, quorum harum *PM*, quorundam *S* familiarum *NGEPM* 21 sic] si *L* singulari $C^2$ *(Bern.) L* habeat *B* 22 consequendum *PM* 23 exsisterint *PM* etiam *om. PMS* quo *G* 24 uoluntate *B* honestiori *G* 25 qui] quo *N* hereditates *N* utantur *N* 26 mul. mortem (-te *N*)] mort. mul. *BGE* spectare *EL* si] sit *N* tali *S* condicio *om. PM* 26/27 intercedat *G* 27 eius *L*

III, 7, 2 [= BREV. III, 7, 2] (388 Mart. 14).

IMPPP. VALENT(INIANVS), THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne quis Christianam mulierem in matrimonio Iudaeus accipiat, neque Iudaeae Christianus coniugium sortiatur. Nam si quis aliquid huiusmodi admiserit, adulterii vicem commissi huius crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. DAT. PRID. ID. MART. THESSAL(ONICA) THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO V̄. C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Legis huius severitate prohibetur, ut nec Iudaeus Christianae matrimonio utatur, nec Christianus homo Iudaeam uxorem accipiat. Quod si aliqui contra vetitum se tali coniunctione miscuerint, noverint se ea poena, qua adulteri damnantur, persequendos, et accusationem huius criminis non solum propinquis, sed etiam ad persequendum omnibus esse permissam.

BREV. (*NBG [finit 6 in* legis huius*] O [om. int.] ECPMLS [om. int.]*). — GEMINA 9, 7, 5. — IVST. 1, 9, 6.

1 et *om. O* quinigio *L* 2 ne quis] neque *O* christianum *NS*[1] matrimonio] *NE*[a] *(?) CPMLS*, matrimonium *BGE*[b] *O Iust.* iudaeos *E* iudaeae] iudeam *BGOL*, iudei *E* 3 christianam *E* coniugio *NBL*, coniungio *G*, in coniugium *O* sociaetur *L* quid *C*[a] admiserit] crimen a. *O*, commisit *BG* 4 commissi huius] commississe huiusmodi *E* libertatem *BGECPMLS* publicis] p. locis *L* 5 relaxatam *BGL* dat. prid. *(om. BG)* id. mart. thessalonica th. a. (x *BGECPMS*) ii *(om. N)* et cynegio (cenegio *C*) uc (uucc *N*, aug. *B*, *om. GS*) *libri* 6 leges *N* serenitate *N* christianae] christiana *N*, christianam *B* matrimonium *E* 7 nec christianus iudee consortio misceatur *L*, nec christiana mulier iudeum maritum accipiat *BE* 7/8 quod si aliqui (-quid *B*) c. u. se tali coniunctione (-ni *edd.*) miscuerint (-rit *N*)] quod si fecerint *L* 8 se *om. L* persequendus *N* 8/9 accusationem .... etiam] ā *(sic) L* 9 permissum *NEL*

III, 7, 3 [= BREV. III, 7, 3] (428 Febr. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENTIN(IANVS) AA. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si donationum ante nubtias vel dotis instrumenta defuerint, pompa etiam aliaque nubtiarum celebritas omittatur, nullus aestimet ob id deesse recte alias inito matrimonio firmitatem vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, inter pares honestate personas nulla lege inpediente consortium, quod ipsorum consensu atque amicorum fide firmatur. ET CETERA. DAT. X KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

INTERPRETATIO. Si occasio talis emerserit, ut nubtiae sollemnitate debita careant aut etiam donationes sponsaliciae fieri aut dos celebrari non possit, sed convenientibus animis se matrimonio copulaverint, sufficiet aequalibus personis conveniens electio utque consensus, sic tamen, ut conscientia intercedat amicorum, et tunc, si ita res cesserit, et coniunctio stabilis et filii legitimi probabuntur.

BREV. (*NBO [om. int.] ECPMLS*). — IVST. 5, 4, 22. — BVRG. R. 37, 2 (?).

1 igero *B*, hicerio *O*, hiero *S* 1/2 donationem *EPS*, donatio *ML* 2 dotes *N* pompe *N* alique *N* 3 stimot *L* recte (rectam *PMS*) alias] taliter *O* patrimonio *CPMS* 4 nati *L* liberis] filiis *B* iure *B*[a] possent *E*[b] inter] *O Iust.*, si inter *reliqui* partes *EC*[a] *L* honestatem *E* 5 consortio *B*, fiat consortium *edd.* 6 dat. x (xi *B*) k. mart. const. *(om. E)* felice (-ci *B*) et tauro *libri* 7 sollemnitatem debitam *PMS* 8 sponsaliciarum *PMS* fieri *om. L* celebrare *L* continentibus *S* animis] amicis *NL* 8/9 matrimonium *L* 9 suffeciet *M*, sufficiat *NB*, suffici ita *S* sic] si *BE* 10 res] re *B*[1] *EP* gesserit *S* 10/11 leg. fil. *C* 11 probantur *N*

# VIII. DE SECVNDIS NVBTIIS.

*Iust.* 5, 9.

III, 8, 1 [= BREV. III, 8, 1] (381 Mai. 30).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qua ex feminis perdito marito intra anni spatium alteri festinarit innubere —

2 intra *om. S* spatio *B* festinaret *N*, festinauerit *BES*, festinauit *Iust.* innubere] *NE Iust.* (*NPM*[b] *L*), nubere *BOC Iust.* (*ACM*[a]), iam nubere *PMLS*

parvum enim temporis post decem menses servandum adicimus, tametsi id ipsum exiguum putemus — probrosis inusta notis honestioris nobilisque personae et decore et iure privetur atque omnia, quae de prioris mariti bonis vel iure sponsaliorum vel iudicio defuncti coniugis consecuta fuerat, amittat || et sciat nec de nostro beneficio vel adnotatione sperandum sibi esse subsidium. DAT. III KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

|| *fin.* IVST.

INTERPRETATIO. Mulier, quae post mortem mariti intra annum alteri viro nubserit, sciat se infamiae subiacere et notabilem usque adeo reddi, ut quaecumque sponsalicia largitate percepit, vel si per testamentum ipsi aliquid prior maritus donavit, amittat, et totum illius filiis cedat: si filii non fuerint, illis profutura personis, qui priori marito gradu proximiore iunguntur et hoc sibi per successionem poterunt vindicare.

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 5, 9, 2. — BVRG. R. 16, 1.

1 parum *NE* enim] etiam *E* addicimus *N*, adiecimus *L*, precipimus *O* tamen etsi *N*, tamen si *BS*, etsi *O* exinguum *E* 2 probrosis] probrosi *S*, in pr. *N*, potius pr. *B* iniusta *EL*, iuxta *S* honestiores *NEC*, honestiori *PM*, honestior *S* nobilesque *EC*, nobisque *PM* persona *S* et iure *om. L* 3 sponsaliarum *N*, sponsalitio *O*, sponsalium *Iust.* 4 coniuge *E* fuerit $C^{a}L$ amittant *S* scient *S* 5 adnotationem *B*, adnotationes *E*, adnotatione. *M* subsedium $M^{a}$ 5/6 dat. iii (iiii *S*) k. iun. *(sic N*OECS Iust.*, iul. *NB*, ian. *PM)* const. eucherio (eucerio *BCS*) et syagrio (suagrio *B*) *libri* 7 mulier] mulieres *E*, *om. PM* nupserint sciant *E* 8 infamia *E* notabiles *E* ut] et *L* sponsaliciae *BE* 8/9 perciperunt *E* 9 ipse *N*, ipsis *E* amittant *E* illis *EC* filius *E* 10 si] et si *NE*, quod si *S* illis] *EC*, illius *NBPMLS* futura $E^{a}$, profuturum *edd.* personas *E* iungetur *L* 11 et *om. L* sibi] si *L* successione *M* potuerunt *EL*

I, 8, 2 [= BREV. III, 8, 2] (382 Dec. 17).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O.

Feminae, quae susceptis ex priore matrimonio filiis ad secundas ⌈ transierint nubtias, quidquid ex facultatibus priorum maritorum sponsaliorum iure, quidquid etiam nubtiarum sollemnitate perceperint, ⌜quidquid aut⌝ mortis causa donationibus factis aut testamenti iure directo aut fideicommissi vel legati titulo vel cuiuslibet munificae liberalitatis praemio ex bonis ⌈ maritorum fuerint adsecutae, id totum ita ut perceperint integrum ad filios, quos ex praecedente coniugio habuerint, transmittant vel ad quemlibet ex filiis, dummodo ex his tantum, quos tali successione dignissimos iudicamus, in quem contemplatione meritorum liberalitatis suae iudicium mater crediderit dirigendum. Nec quidquam eaedem feminae ex isdem facultatibus abalienandi in quamlibet extraneam personam vel successionem ex alterius matrimonii coniunctione susceptam praesumant atque habeant potestatem:

IVST.
⌈ post tempus luctui statutum
⌜aut quidquid⌝
⌈ ut dictum est priorum

1 claro *B* 2 priori *BOL* 3 ad] ac *N* transierint (-rit *PM*) nubt.] n. tr. *B* 4/5 sponsalium *Iust.* 5/6 quidquid e. n. s. perceperint *om.* $E^{a}$ 6 aut] autem *L* 7 don.] de don. *N* testamentis *B* 8 directum *LS* fideicommisso *B*, fieri commissi *S* tutulo $M^{a}$ 9 munificae] manumunificiae *N*, munificiae *S* liberalitates *N*, libertatis $E^{t}$ praemium *L* 11 perceperunt *S* 12 praecedente] *OPM Iust.*, praecidente *S*, praecedenti *NBECL* habuerunt *S* 14 his *om. L* quos (quas *N*) tali] eum *O* dignissimus *NM*, dignissimum *O* 15 in quem (que *N*) contemplatione (-nem *ES*)] in contemplationem *B* maritorum *BS* 16 iudicio *NBEC* 17 dirigendam *B* nec] ne *L* eadem *NELS* 18 hisdem *plerique*, his $L^{a}$, iisdem *C* 19 suscessionem *E* 20/21 suscepta *NBEL* 21 potestate *N*

possidendi tantum ⸢ in diem vitae, non etiam abalienandi facultate concessa[1]). Nam si quid ex isdem rebus ⸢per fraudem scaevioris animi⸣ in alium quemlibet fuerit ⸢a possidente translatum, maternarum redintegrabitur conpensationibus facultatum⸣, quo inlibata ad hos quos statuimus ⸢heredes⸣ bona et incor-
1 rupta perveniant. Illud etiam addimus legi, ut, si aliquis ex isdem filiis, quos ex priore matrimonio susceptos esse constabit, forte decesserit, ⸢qui sorores vel sororem, non etiam fratrem relinquens senatus consulti beneficio matri simul ac sororibus successionis locum fecisse videatur, seu etiam filia, quae nullo exsistente fratre et superstitibus matre ac sororibus tantum, adeundae hereditatis locum matri pro dimidia portione servabit, quod successionis beneficio⸣ mater videbitur consecuta, in diem vitae pro sibi debita portione sola tantum possessione delata, omne his qui superorunt ex priore suscepti matrimonio filiis relinquat nec super istiusmodi facultatibus testandi in quamlibet aliam extraneam personam vel quidquam abalienandi
2 habeat potestatem. Quod si nullam ex priore matrimonio habuerit successionem vel natus nativo decesserint, omne, quod quoquomodo perceperit, pleni proprietate iuris obtineat, atque ex his nanciscendi dominii et testandi, circa quem voluerit, liberam habeat
3 potestatem. || Simili etiam ammoneri maritos volumus et pietatis et legis exemplo;

IVST.

⸢ ac fruendi

⸢per fr. s. animi⸣ *om.*

⸢ab ea translatum, ex maternis redintegrabitur facultatibus⸣

⸢liberos⸣

⸢qui . . . . 18 beneficio⸣] matre iam secundis nuptiis funestata, aliis etiam ex eodem matrimonio progenitis liberis superstitibus, id, quod per eandem successionem ab intestato vel ex testamento suae posteritatis

|| *fin.*

1 tatum *M*, tamen *L* die *N* 2 alienandi *L* facultatem *S* 3 hisdem *plerique*, his *E* saeuiores *N*, scebioris *PMS*, scibioris *L*, scaeuiores *C*, saeuiores *E*, exsecutoris *B*, lasciuioris *O* 4 alio *L* a possidente (possed- *M*)] ad possidente (-tem *B*) *BL* 6 quo] *O Iust.*, quod *reliqui* 7 hos] ōs (= omnes) *C* quos] quo *EN L* instituimus *PM*, instituemus *S* bona] sana *L*[a], salua *L*[b] 8 addemus *NL* 9 hisdem *fere libri* priori *EL* 10 susceptus *N* esse *om. O* constat *BO* 10/11 forte decesserit (decesserit *CM*, deessent *P*, decesserint *L*, discesserit *B*) *om. N* 11 non] uel *S* 12 fratres *L*[b] consulto *S* 13 matris *E* successiones *N*, successioni *L* 14 seu] sed *L* 15 fratre] fraude *E* et *om. L* 16 ad eundem *PMLS* hereditatis . . . . 17 portione *om. E*[a] 18 matris *N* seruauit *NBECL*, seruauerit *O* 17/19 quod s. beneficio (-cia *B*) m. u. consecuta *om. L* 20 dilata *NB* omnes hii *N* 21 qui] quae *BL* priori *O* susceptis *C Iust.*, susceptione *B*[1] 22 relinquant *ES* huiusmodi *PMLS* 23 testantur *S* 24 abalienandi] alienandi *L Iust.*, inalienandi *B* 25 habeant *N* si *om. L*[a] nulla *N* 25/26 priori *NBO* 27 decesserit *B* omne quod] omnem *PMS* 27/28 quoquomodo] quoque modo *S*, quomodo *EL*, cumque modo *N*, modo *B* 28 perceperit] perceperint *EPMLS* pleni] plini *L*, *om. PMS* proprietatem *PM*, proprietati *L* 28/29 obtineant *NL* 29 nanciscendi] faciendi *B*, nascendi *E*[v] dominis *CPM* 31 simili] similiter *O edd.* ammoneri] admonire *L*, more ad *B* 31/32 maritos (-tus *E*) uol.] u. m. *O* 32 pietates *N* exemplum *B*

1) *Lex Burg. Germ. 24, 1:* Si qua mulier dumtaxat Burgundia post mariti mortem ad secundas aut tertias nuptias, ut adsolet fieri, fortasse transierit et filios ex omni coniugio habuerit, donationem nuptialem, dum advivit, usufructu possideat, post eius mortem ad unumquemque filium, quod pater eius dederit, revertatur, ita ut mater nec donandi nec vendendi nec alienandi de his rebus, quae in donatione nuptiali accepit, habeat potestatem.

quos, etsi vinculo non adstringimus velut inpositae severius sanctionis, religionis tamen iure cohibemus, ut sciant id a se promptius sperari contemplatione iustitiae, quod necessitate propositae observationis matribus imperatur: ne, si ita necessitas suaserit, et circa eorum personam subsidio sanctionis exigi ab his oporteat, quod optari interim sperarique condeceat. DAT. XVI KAL. IAN. CONSTANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

INTERPRETATIO. Mulieres, quae amissis maritis ad alias postea nubtias legitimo tempore, id est expleto anno, venerint, si ex priore marito filios habuerint, quidquid per sponsaliciam largitatem vel nubtiarum tempore consecutae sunt, totum filiis conservabunt, nec in alias vel extraneas personas noverint transferendum. Quidquid vero prior maritus per testamentum seu fideicommissum seu legati titulo vel mortis causa uxori donaverit, de his rebus, quas tali mulier donatione percepit, seu omnibus filiis seu in unum pro merito servitii si conferre voluerit, habebit liberam facultatem, ita ut ei de bonis prioris mariti a filiis ipsius quidquam alienare non liceat. Quod si praesumpserit, de propriis facultatibus noverit conpensandum. Hoc specialius huic legi credidit inserendum, ut mulieri, cum ad alias nubtias venerit, si de filiis, quos ex matrimonio priore susceperat, masculus moriatur, eo casu, ut matrem et sorores aut certe sororem superstitem dimittat et fratrem non dimittat, qui matrem possit excludere, tunc beneficio legis mater cum filiabus vel filia aequali sorte succedat. Si vero filia moriatur et matrem et sorores tantum dimittat, mediam defunctae filiae hereditatem mater adquirat et media sororibus, seu una seu plures sint, proficiat[1]): ea tamen ratione, ut, dum advixerit mater, adquisitam ex hac filii aut filiae medietatem tantummodo in usufructu possideat et reliquis, si supererunt ex priore matrimonio, filiis post obitum derelinquat, ad alias personas in transferendo nec per testamentum nec per donationem habitura licentiam. Cui mulieri si de priore marito filii non supersint, tunc quaecumque sub hac occasione percepit, sibi velut propriam vindicet facultatem et in quemcumque voluerit, iure transmittat. In hac etiam lege similem et patres mortuis uxoribus condicionem, si ad alias nubtias venerint, voluit observare, ut, si de priore uxore filii aut filiae fuerint, ex quibus aliqui moriantur et in suam portionem locum patri faciant, post illius obitum fratribus sororibusve, qui supererunt de ipso coniugio, portio relicta proficiat, nec poterit per patriam potestatem ad alias transire personas.

---

BREV. (*NBO [om. int.] ECPMLS*). — IVST. 5, 9, 3. — *Lex Burg. Germanica quae similia habet, in adnotationem relata sunt.*

1 etsi] si *L* uinculo] u. interim *BOL* adstringemus *L* inpositae] in potestate *E* sanctiores religiones *L* 2 prohibemus $C^1$ id *om. O* se] se esse *E* promptius] protinus $E^v$ contemplationem *E* 2/3 necessitati *BC* 3 propositae] profuturae *B* inpetratur *N* ne si] nisi *NBEL* suaserit] *BOELS*, persuaserit *N*, erit *CPM* et] *NBOEL*, *om. CPMS* 4 persona *PM*, personas *S* optatu *S* 4/5 sperarique] explerique *B* 5 concedat *EL*, condoceat *S* dat. xui (xuii *PM*, xi *B*, ui *C*) k. ian. (*OECS Iust. [Hal. $L^b$]*, iun. *PMS*, aug. *B*, mar. *N*) const. antonio (antonino *B*) et syagrio (sagrio *BO*) *libri* 7 priori *BE* marito] matrimonio *B* filias *L* sponsaliciae *B* 8 largitate *N* alios $S^1$ 9 uero *om. N* 10 fideicommisso *PMS*, fideicommissa *C* uxore *E* 11 donationem *N* uno *N* promeriti *PM*, pro maritis *B* 11/12 lib. hab. *edd.* 12 eis *B* 13 praesumpserint *BE* nouerint *NBECPM* recompensandum *B* 14 lege *NL* credimus $C^2$ inferendum *B* ut] uti *PM*, et *N* mulier *BE* ad *om. N* 15 priori *L* ut] ut si *B* et] aut *C* 15/16 aut c. sororem (sorore *N*) *om. S* 16 beneficio] de b. *B* 17 mater] matrem *P* aequale *S* succedant *BE* 18 sororis *E* tantum *om. N* mediam] tunc m. *B*, dimidiam *edd.* media] mediam *LS* 19 sunt *B* ea] et $C^1$ 20 medietate *E* usufructum *C* et reliquis *om. NB* 21 derelinquet *L* transferendum *E* 22 habituram *E* licentia *N* 23 quaecumque] *NCLS*, quoque quod *B*, quaecumque quae *PM* hac *om. N* perceperit *C*, percipit *L* proprium *E* 24 quemcumque uol.] q. quem uol. *B*, quacumque uol. persona *L* transmittit *S* hanc *S* leges *N*, legem $C^a$ patres] *NBCL*, patris *ES*, patribus *PM* 25 uoluit] uoluerimus *B* obseruare] *NELS*, obseruari *BCPM* aut] uel *edd.* 26 ex] et ex *L* moriatur *ES* locum patri (patris *N*, patres *PM*)] p. l. *B* 27 sororibusue] *scripsi*, et sororibus uel *libri*, uel sororibus *edd.* ipsum *N*

---

[1]) *Cf. lex Burg. Germ. 24, 2:* si forte filios mulier illa non habuerit, quidquid ad eam de donatione nuptiali pervenerat, post mortem mulieris medietatem parentes eius, medietatem defuncti mariti parentes, hoc est donatoris accipiant.

III, 8, 3 [= BREV. III, 8, 3] (412 Iun. 22).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nulli videatur ambiguum eorum, quae nubtiarum tempore mulieres accipiunt, etiamsi ad secundas nubtias extantibus ex priore matrimonio liberis emenso tempore forte migraverint, in diem vitae usumfructum circa eas debere durare, salva his proprietate, quibus ius integrum post earum obitum leges sacratissimae reservarunt, ut manifestum est, quod delatum ex priore coniugio liberis constat. DAT. X KAL. IVL. RAV(ENNA) $\overline{\text{DD}}$. $\overline{\text{NN}}$. HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Notissimum valde est has facultates, quas tempore nubtiarum mulieres a maritis accipiunt, suo dominio vindicare: et si maritos mori contigerit, qui tamen filios derelinquant, et post transacta luctus tempora legitime ad alias nubtias venerint, in diem vitae suae donatarum rerum teneant usumfructum. Post obitum vero earum ad prioris mariti filios omnia revertuntur nec exinde aliquid matribus vivis filiis in aliorum iura transferre permissum est.

---

BREV. (*NBO[om. int.]ECPMLS*). — BVRG. R. 15, 2.

1 uidetur *B* 2 eorum] *O edd.*, earum $NB^1E$ *CPMS*, facultatum earum $B^2$, earum rerum *L* nubtiarum] in n. *B* mulieris *NE* accipiant *E* 3 stantibus *L* emisso *N* die *NB* 4 usu fructu *B* ius *om. L* 5 legis *ES*, lege *L* reseuarunt *N* priori *CPMLS* 6/7 dat. x k. iul. rau. (*om. BO*) ddnn. (*sic NOE*, *om. BCPMS*) hon. uiiii (*sic* $N^*EO$, uiii *NCMS*, ui. *P*, uii *B*) et th. u (*om. NE*) aa. (uucc *N*) *libri* 9 maritos] $B^b$, maritus $NB^aEPMS$, marito *L*, maritum *C* 9/10 derelinquant] $NE^b$, derelinquent *B*, derelinquunt $LE^a$, derelinquat *CPMS* 10 transacto l. tempore *B* uenerit *C* die *NB* 11 usufructum *B* eorum *N* prioris] priori $E^a$, proprior $C^1$ 12 reuertantur *BECL* aliarum *B*

## VIIII. SI SECVNDO NVBSERIT MVLIER, CVI MARITVS VSVMFRVCTVM RELIQVERIT.

secundum *NL*, secunda *B* cui maritus (maritum *N*) usumfructum (usufructum *N*, partum *B*) rel. *om. O.*

III, 9, 1 [= BREV. III, 9, 1] (398 Febr. 14).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. ASTERIO COM(ITI) ORI(ENTIS). Aperta definitione signamus longe aliud esse, quod de rebus ante nubtias a nostra mansuetudine constitutum est, aliud, quod de his, quae ex patrimonio proprio vir suo arbitrio ad usumfructum uxori derelinquit. Nam in eo usufructu, quem vir extremam constituens voluntatem de rebus propriis uxori dimiserit, statim post secundas nubtias mulieri volumus inminere iacturam secundum eam legem, quae de hoc articulo non dubitatur emissa, de usufructu vero rerum ante nubtias donatarum ea servari, quae saluberrima lex anterior plena definitione decrevit. DAT. XVI KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Clara interpretatione has duas sententias explanavit, ut praeter sponsaliciam donationem, si maritus moriens de patrimonio suo usumfructum relinquit uxori, iuxta voluntatem eius relicta possideat, ita ut, si mulier postea alio viro nubserit, mox usumfructum ex testamento adquisitum filiis eius refundat, a quo usumfructum fuerat consecuta: usumfructum

---

1 hon. et theod. *B* astyrio *N*, gasterio *B*, asteterio *L* $\overline{\text{com}}$ (comite *L*) orientis] $\overline{\text{ppo}}$ cum morientes *B*, $\overline{\text{ppo}}$ orientis *NO* 2 quo de *PM* a] ac *B*, *om. S* consuetudine *E* 3 aliud] ut *PM*, quam *S* quod *om. B* de *om. N* proprio *om. S* uxore *L* 4 dereliquid *S edd.* usum fructum *NB* que *L* extrema *ES*, extremus *CPM* uoluntate *NOL* 5 uxore *N* inmineri *E* iactura *N* 6 quae] quem *N*, *om. B* articula *S* amissa *E* de usufructu (usumfructum *N*) uero] de usus fructum uerum *L*, de usu uero fructu *O* 7 ea seruari] ea s. ea *B*, ea seueri *L*, ea s. uolumus *O* decreuit] tractauit *O* 8 dat. xui (xuii *NEPM*, *om. O*) k. mart. const. hon. a. (*om. O*) iiii (xiii *O*, *om. C*) et euticiano *libri* 10 donationem] largitatem $C^2$ (*ex Bern.*) relinquit] *NOEL*, reliquit *BCPMS* iuxta] iniusta *N* 11 relicto *S* possideat *om. PM* alii *BO* uiro] marito *S* 12 usumfructum] usum *O* usumfructum] usum uero fructum *O*

vero de sponsalicia largitate usque ad obitum suum, sicuti superius alia lex locuta est, merito retinebit: unde haec ipsa post obitum matris ad illius mariti filios, qui donavit, proprietas reditura est.

BREV. *(NBOECPMLS)*.

1 sponsalitiae *NB* sicut *OE*ᵃ*L*, secuti *N* superior *BPMS* 2 hanc *CL* ipsam *C*, | ipsa lex *S* meriti *S* filiis *N* proprietas *post* ipsa *O* 2/3 redditura *BES*

## X. SI NVBTIAE EX RESCRIPTO PETANTVR.

rescriptione *C.* — *Iust. 5, 8.*

III, 10, 1 [= BREV. III, 10, 1] (409 Ian. [?] 23).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quidam vetusti iuris ordine praetermisso obreptione precum nubtias, quas se intellegunt non mereri, de nobis aestimant postulandas, ⸢se⸣ habere puellae consensum confingentes. Quapropter tale sponsalium genus praesentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionem nubtias precum subreptione meruerit, amissionem bonorum et poenam deportationis subiturum se esse non ambigat et amisso iure matrimonii, quod prohibita usurpatione meruerit, filios se ⸢iuste hac ratione susceptos⸣ non habiturum, nec umquam postulatae indulgentiae adnotationisve ⸢principis⸣ indultu efficacem se veniae effectum meruisse: exceptis his, || quos consobrinorum, hoc est quarti gradus, coniunctionem lex triumphalis memoriae patris nostri exemplo indultorum supplicare non vetavit, exceptisque his ||, qui parentum sponsionem de nubtiis filiarum inpleri desiderant vel sponsalia, hoc est arrarum data nomine, reddi sibi praecepto legum cum ⸢quadrupli⸣ poena deposcunt. || Nos enim peti de nobis nubtias supplicatione prohibemus, quas deceat de voluntate parentum vel de ipsis adultis puellis aut mulieribus impetrari. Nam si negato coniugio, quod fuerat ante promissum, lis aliqua legum praecepto nascatur, de iure nos consuli non vetamus. DAT. X KAL. FEBRVAR. RAV(ENNA) DD. NN. HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST.
⸢se⸣] saepe
⸢ex hac coniunctione susc. iustos⸣
⸢ ⸣ *om.*
|| *desinit*
|| *redit*
⸢statuta⸣
|| *fin.*

1 theudoro *PM*, theudero *B*, thedoro *N* 1/2 uetustate *N* 2 subreptione $C^1$, obratione *S* 4 extimant *OC*, existimant *N Iust.* habere se *O* 5 confringentes *S*, confrigentes *L* tali *S*, talis *L* sponsaliorum *L* 6 praesenti *PMS* leges *S* definitionem *S* 7 egitur *M* definitione *N* 8 subreptione] suplicatione *O*, subreptionibus *S* meruerint *PMS* amissione *NB* 9 se *om. O* 10 et *om. S* amissio *PM* matrimonio *N* 11 prohibita] prohibet aut $E^b$ usurpationem *L* meruit *NB*, meruerat *O* se iuste (iure *B*)] eius de $E^b$ 12 susceptus *N* 12/13 nec umquam] utcumque $C^1$, nec umque $C^2$ 13 adnotationisue] *OE*, adnotationis suae *NBL*, adnotatione suae $C^a$, adnotatione siue $C^b$, ad *PMS* 14 principis (-pes *S*) *om. OE cum Iust. recte fortasse* indultu] *OCL*, indultum *NBE*, uel indultu *PMS*, indulto *Iust.* efficatiae *N* se *om. O* ueniae effectum] e. u. *O* 15 meriturum *O* sobrinorum *S* 16 quarti] tertii quarti *B* coniunctione *B* 17 indulturum *PMS* 18 uetauit] *ECPMLS*, uetuit *NBO* exceptis his *B* 19 sponsione *NCPMLS* filiorum *PMS* 21 praecepto] praeceptum *L*, iure praecepto *N* cum] in *S* 22 nos] non $E^t$ 22/23 suppl. nupt. *O* 25 fuerit *N* lis] lex *C* praeceptu *M* 26/27 dat. x *(sic E, om. rel.)* k. febr. rau. *(om. OC)* dd. nn. hon. uiii et th. iii *(om. C)* aa. (a. *C*): *in die erratum, cum a XII k. Febr. incipiant leges datae ad Theodori successorem Caecilianum*

INTERPRETATIO. Fit aliquotiens a quibusdam, ut obliti severitatem legum obrepere principis audeant maiestati et coniugia sibi expetant ex praecepto, quae consequi non merentur, ut de consensu parentum vel puellae mentiantur: qua de causa eiusmodi audaciam interdicit. Quicumque ergo sub tali obreptione matrimonium se obtinere putaverit, et amissione bonorum et exilii relegatione se noverit esse damnandum nec matrimonium, quod taliter quaesierit, habiturum, nec filios tali ordine et ambitione susceptos legitimos appellandos, nec etiam per supplicationem huius praesumptionis veniam promereri. His vero, quos in quartum gradum originis coniunctio praesumptiva copulaverit, quia notabile est, tamen si supplicaverint, veniam relaxabit. Nec his interdici, ut praeceptum expetant maiestatis, quoniam parentum placito copulantur. Illi vero, qui, pactas sibi vivis parentibus puellas ab ipsis puellis post parentum obitum contemnuntur, praecepti tenore in quadruplum arrarum nomine data vel donata recipiant; nam de reliquo si ante definita non fuerint, per supplicationem coniugia postulari omni severitate prohibuit. Ceterum si cum parentibus puellae aut cum ipsa puella quis de nubtias pactus fuerit et unus ex his voluerit de placito eius resilire, nos ab eo qui despicitur consuli non vetamus. Reliqua pars legis istius alibi iam habetur exposita.

BREV. (*NBO [om. int.] ECPMLS*). — IVST. 5, 8, 1.

1 ut *om. L* obliti seueritate *PMS*, oblitis ueritatem *B* obripere *NLS*, subripere $E^t$, obriperent $E^v$ 1/2 principes *NE*, principibus *L* 2 audiant *NL*, audeat *B* maiestatem $B^b$ et] ut *B* expectant ex praecepto (recepto *L*) *NELS*, ex pr. petant *B* 3 ut de] unde *S* consensum *N* mentiatur $B^1$ quae *N* huiusmodi *BC* audaciam] audacium *S*, audax *PM* intercedit *E* 4 subtili *P* putauerint *N* 5 et exilii] exilii *L* 6 ambitionem *N* appellamus *B* 7 promeriti *N* quas *E* in quartum (-tu *N*)] *NEPMS*, in tertium et (aut *B*, *om. Bern.*) quartum *BCL Bern. Ratramnus Corbeiensis (865—892) (in epistula quam ed. Wilmans Kaiserurkunden von Westfalen I p. 506) citat ex* 'libro Theodosii tertio' *verba haec:* his quos in tertio et quarto gradu *(sequentia desunt), quae respondent lectioni huius loci interpolatae* 8 quia .... supplicauerint *om. S* notabile est] nota *(seq. sp. vac.)* $C^1$, notabilis *L* tamen] adtamen *L* supplicauerit *CPML* relaxauit *NEC*, relabit *PM* 9 interdicit *S*, interdicitur *B* ut] aut *C* expectant *N*, expetat *CPM* maiestates *N* quoniam] qui *edd.* 10 pactas (pacta *NS*) s. u. p. puellas] *libri*, pactis s. u. p. puellis *edd.* ab ipsis puellis *om. N* 11 praecepto *S* recipiantur *E* nam *om. L* 12 antea *B* finita *L* coniugii *B* omne *S* 13 aut] uel *CL* qui *PMS* nubtias] *NB*, nuptiis *ECPMLS* 14 de placito] disciplicitur *N*, de placitis *CPMS* eius *om. CPMLS* consulere *E* 15 reliqua .... iam *(om. B)* h. exposita (-tas *N*)] *NBE*, *om. CPMLS*

# XI. SI QVACVMQVE PRAEDITVS POTESTATE NVBTIAS PETAT INVITAE.

quacumque] q. quis *L* — nuptiae petantur *E* — inuitas *C*. — *Iust.* 5, 7: si q. pr. pot. uel ad eum pertinentes ad suppositarum iurisdictioni suae adspirare temptauerint nuptias.

III, 11, 1 [= BREV. III, 11, 1] (380 Iun. 17).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENT(INIANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis ordinaria vel qualibet praeditus potestate circa nubtias invitis ipsis vel parentibus contrahendas, sive pupillae sive apud patres virgines sive viduae erunt sive iuris sui viduae, denique cuiuscumque sortis, occasione potestatis utatur et minacem favorem suum invitis is, quorum utilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegitur, hunc ⸢et⸣ multae librarum auri decem obnoxium statuimus et, cum honore abierit, peractam dignitatem usurpare prohibemus: tali scilicet poena, ut, si circa honorem eum, quo male usus est, vindicandum

IVST.
⸢et⸣] licet prohibitas nuptias non peregerit, attamen pro tali conamine

1 ual. grat. *B* et *om. C* neuterio *libri praeter L* 2 pot. pr. *B* 3 pupillae (puellae *NBEL*) siue *om. O* patris *E*, parentes *B* uirgines *om. O* 4 iuris sui] *NEL Iust.*, et (etiam *O*) i. s. $B^bOC$, et in i. s. $B^aPMS$ sortes *N* occasionem *E* potestates *N* moenacem *E* 5 his *libri* 6 et *om. O* multa *B* 7 obnoxium] o. esse *O* 7/8 et cum honore (-rem *BL*) *om. PMS* 8 abierit] $OE^a$ *Iust.*, habuerit $NBE^bL$, habiret *X*, haberet *C*, haberiqui *PMS* 9 talis *C* poenam *E* 10 eum] meum $C^a$, in eum $C^b$, in eum cum *B*

˹statuti nostri sanctioni˺ parere noluerit, ˹semper˺ eam provinciam, in qua sibi ˹hoc˺ usurpaverit, habitare per iuge biennium non sinatur. ˹Quia tamen contra latentem malitiam praeterea quasdam domos vel quosdam parentes intellegimus muniendos, iubemus, ut, quicumque his et quaecumque erit latentibus per iudicem promissis minisve temptata, ad id matrimonium, cui aspernatur praestare consensum˺, confestim contestatione proposita cum sua suorumque domo ˹ad iurisdictionem eius desinat pertinere˺: curaturis hoc uniuscuiusque civitatis ˹vindicibus˺ et eiusdem iudicis apparitoribus. Et quidem si haec pravitas ordinarii iudicis erit, universa eius domus ratio atque omnia vel civilia vel criminalia negotia, quamdiu idem in administratione fuerit, vicario conpetant; sin autem vicarius vel similis potestatis vim in huiusmodi contrahendo matrimonio molietur, vicissim ordinarius iudex intercessor exsistat; sin erunt uterque suspecti, ad inlustrem praefecturam specialiter talium domorum, quamdiu idem administraverit, ˹tutela˺ pertineat. DAT. XV KALEND. IVL. THESSAL(ONICA) GRAT(IANO) A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

1

˹statutis nostris˺ ˹semper˺ *om.*
˹hoc˺ *om.*
˹quia . . . 9 consensum˺] illo videlicet adiciendo, ut et in potestate adhuc constituto liceat personae, quam huiusmodi ambitu circumire temptaverit

˹ad . . . pertinere˺] iurisdictionem eius evitare
˹defensoribus˺

˹tuitio˺

INTERPRETATIO. Si aliquis de his iudicibus, qui provincias administrant, vel etiam his, quibus civitates vel loca commissa sunt, per potentiam invitis parentibus virgines aut etiam viduas, si sui iuris sint, per potestatem ad nubtias suas addixerint, aut si pupillae sint, et earum utilitatibus obviantes per terrorem aut per quorumcumque conludium addicantur, ut his personis, de quibus loquitur, invitae iungantur: quicumque hoc praesumpserint, decem pondo auri se noverint condemnandos, et in ea provincia, in qua iudex fuerit, dignitate amissa biennio prohibeatur accedere. Beneficium tamen lex ista adversus eiusmodi homines parentibus vel ipsis mulieribus, quae in suo iure sunt, vel qui minorum aetates tuentur, indulsit, ut contestationes ad alios iudices vel civitates proximas deferant et eorum patrociniis defendantur: ut, si in eadem

---

1 statutis *NE* sanctione *NBCPMS*, sanctionem *E* parare *NE (loco priore)-L* uoluerit *NPMS*, uoluerint *E (loco pr.)* semper *om. O Iust.* 2 eum prouincia *B* usurpauerit] usurpare uoluerit *O* 3 iugi *E (loco pr.) S* non] num $N^{a}$, nam $N^{b}$ quia] *O*, qui *NBECPMLS* 4 latantem *L* praeterea *O edd.*, praeterea enim *PMS*, parum *NECL*, patrum *B* 5 domus *NLS* parentes] parietes *O* 6 muniendus *E*, puniendos *L* ut quicumque] ubicumque *N*, ut *O* his *(vel is)* et] *NBCPMS*, *om. OL* 6/7 quaecumque *om. L* 7/8 minis uel *B* 8 temptata] tempora *L* id] dis *(sic) C* matrimonio *N* 9 contestationem *N* 10 propositam *NE* suarumque *L* domu *N* 10/11 iurisdiccione *L* 11 eius *(om. N)* desinat] eiusdem sinat *E* curaturis] *Iust.*, curatoris *BO*, curatores *NECPMLS* hoc] hoc curantibus *O* 12 ciuitates *S* uindicibus] *ECPML*, uendicibus *S*, iudicibus *BO*, indices *N* 13 apperitoribus *N*, apparatoribus *E* et quidem] *L Iust.*, equidem *reliqui* 13/14 paruitas *L* 14 iudices *N* eius] cuius *N* 14/15 domos *S* 15 ciuiliā *(sic) E* 16 fuerint $B^{a}$ 17 uicariae *PMS* si *L* 18 in *om. S* eiusmodi *N* 19 molitur $C^{1}$, multetur *N*, molientur $E^{b}$ ordinarios *E* 20 sin erunt] *NBEO Iust.*, si nolunt $C^{1}$, si erunt $C^{2}PMLS$ suscepti $NE^{t}$ 20/21 ad inlustrem *om. in sp. vacua* $C^{1}$ 22 tutelae *N* 23/24 dat. xu k. iul. *(om. XCPM, hi duo in sp. vac.)* thess. grat. a. *(om. NO)* u *(om. B)* et theod. a. (augg. *N*) i *(om. NBES) libri* 25 etiam his] etiam hii *NECL*, etiam hi *BPMS* 26 ciuitatis *NE* potentiam] sententiam *B* uirginis *N* 27 adduxerint $BC^{2}$, adduxerunt *N* pupillae] puellae $B^{1}L$ sint] species *PM* et *om. S* 28 errorem $NE^{b}CPM$ per *om. B* conludio *B* ut *om.* $C^{1}PM$ 29 iungantur] cogantur *L* praesumpserint] *NBEC*, praesumpserit *PMLS* pondus *BE* 30 nouerint] *NBEC*, nouerit *PMLS* condemnandos] *NBEC*, condemnandum *PMLS* in] de*L* ea] eadem *S* admissa *B* 31 excedere *L* beneficio *BE* huiusmodi *EPMS* 32 quae] qui *libri* qui] qui in *L* minores *B*, minore $E^{b}$ aetatis *ES*, aetate *BL* tuentur] instituentur *B* ut *om. L* contestationis *S* 33 proximos *B* differant *E* defendantur] deferantur *B*

provincia sit alia potestas, ut puta si sint duo iudices, unus privata et alius dominica iura gubernans, si ab altero sub hac condicione quaecumque persona prematur, alterius tutela debeat defensari, aut certe ad magnificam potestatem, qui principis auribus hoc possit intimare, recurrat.

BREV. *(NBO [om. int.] E (transpositis foliis archetypi verba p. 149, 1 parere ... 3 sinatur leguntur bis) XCPMLS).* — IVST. 5, 7, 1.

1 ut puta] *NBCPMS*, ut pute *E*, ut pota *L*, utpote *edd.* sunt *B* priuate *C* alias *NPM* 2 conditionem *N* alterius] uberius *B* tutelae *N* 3 defensare *N* ad] per *PMS* qui] *libri*, quae *edd.* princeps *N* auribus *om.* $C^1$ posset *N*

## XII. DE INCESTIS NVBTIIS.

*Rubr. post l. 1 Paris. 4406.* — nupt. inc. *N.* — *Iust. 5, 5:* de incestis uel inutilibus nuptiis.

III, 12, 1 (342 MART. 31).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD PROVINCIALES FOENICES. Si quis filiam fratris sororisve faciendam crediderit abominanter uxorem aut in eius amplexum non ut patruus aut avunculus convolaverit, capitalis sententiae poena teneatur. DAT. PRID. KAL. APR. ANTIOCHIAE CONSTANTIO III ET CONSTANTE II AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque hominum cum fratris filia vel sororis incestam coniunctionem se habere crediderit, capitale periculum se noverit incursurum.

ADD. *ad brev. ex plenis BO[om. int.]E (ubi interpretatio bis legitur et hoc loco et ad 3, 12, 3 p. 152, 17) LK, item titulus est in Paris. 4406 sub praescripto* 'iste titulus est de incestis nuptiis', *ubi cum legatur post hanc constitutionem* 'xii tit. de incestis nuptiis', *eam additam esse luculenter apparet; interpretationem habent ex decurtatis Bernensis 263 (cum inscr. et subscr.), Parisinus 4409, Vaticanus reg. 1048; epitomae eam agnoscunt Guelferbytana et Sangallensis. Abest constitutio in libro classis melioris N (cum Berol. Sav.) et in deterioris melioribus XC (in margine adscr. est interpretatio ex Bernensi) PMS*

1 constantinus *BOE 4406* et *om. E* constans] *E*, constantius *B* phenicis *O*, ponices *B*, phinices *E*, fenices *K 4406*, finices *L* 1/2 sororisue faciendam (-da $E^a$, -das $E^b$) *om. B* 2 abominanter] ex abominanter *E*, abhominante *K* uxore *K* in eius amplexum (-xu *ELK*) *om. B* ut] et *K* 2/3 aut au.] auunculusue *O* 3 conuolarit *K* capitali *ELK* sententia *K* 3/4 dat. prid. (iii $L^1K$) k. apr. antioch. constantio (constantino *BK 4406*) iii *(om. $L^1$ 4406)* et constante (constantio *B*) ii *(om. L 4406)* aa. *libri (subscr. om. E)* 5 fratraes *Bern.*, patris *B* filia] filiam *K*, *post* sororis *4406* cum fr. f. uel s. *om. E (post. loco)* incestum *E (utroque loco)* coniunctione *E (post. loco)* 6 capitali *E (priore loco) Bern.*, capitalem *K* periculo] periculum *E (priore loco)*, indicium $B_1$ sentencia *Bern.* nouerint *B* incursurum] *ELK 4406*, incursuros *B*; subiturum *edd.* *post* incursurum *add.* et spurios esse conuenit qui ex tali matrimonio nascerentur *4406*

III, 12, 2 [= BREV. III, 12, 1] (355 Apr. 30).

IMPP. CONSTANT(IVS) ET CONSTANS AA. ET IVLIANVS C. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Etsi licitum veteres crediderunt nubtiis fratris solutis ducere fratris uxorem, licitum etiam post mortem mulieris aut divortium contrahere cum eiusdem sorore coniugium, abstineant huiusmodi nubtiis universi nec aestiment posse legitimos liberos ex hoc

1 impp. $\overline{\text{constant}}$ (constantinus *E*) et *(om. E)* constans ($\overline{\text{constant}}$ *N*, constañ *C*, constantius *S*) augg.] *NECPMS*, idem augg. *BOL propter constitutionem ab ipsis insertam: requiritur* imp. Constantius A. et iulianus $\overline{\text{c}}$ *(om. S) delendum* ad] et *L* uolusiano *E* 1/2 $\overline{\text{ppo}}$] *NE*, $\overline{\text{uic}}$ $\overline{\text{urb}}$ (ubis *L*) *OPML*, uī $\overline{\text{cu}}$ ūb *C*, ucl $\overline{\text{urb}}$ *B*, ui claro urbis *S*. *Extant ad Volusianum a. 355 datae constitutiones quinque, quarum tres* (11, 30, 26 — 11, 34, 2 — 11, 36, 12) *eum appellant* $\overline{\text{ppo}}$, *quarta* (*Iust.* 6, 22, 6) *variat inter* $\overline{\text{ppo}}$ *et* $\overline{\text{pu}}$, *haec quinta inter* $\overline{\text{ppo}}$ *et* vic. urb., *errore orto fortasse ex additamento* v. c. 2 licitu *N* ueteris crediderint *E* fratres *N* solutis ducere fratris (-tres *N*)] sol. fr. $L^b$, *om.* $L^a$ uxore *N*, uxoris *L* 3 licitu *L*, et *O*, *om. N* contraherit *N* sororem *N*, sororis *B* 3/4 coniugio *NBE* 4 abstineat *BE*, abstineant ab *4406* extiment $E^a$, existimen *(sic) L*

consortio procreari: nam spurios esse convenit qui nascentur. DAT. PRID. KAL. MAI. ROM(A) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Fratris uxorem ducendi vel uni viro duas sorores habendi penitus licentia denegatur; nam ex tali coniugio procreati filii legitimi non habentur.

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLS Paris. 4406).*

1 spurios] superius *N* esse conu.] c. esse *O* 1/2 dat. [*immo* pp] prid. k. mai. rom. arb. (ambitione *E*) et lolliano (loliano *B*) *libri* 3 fratres *N* ducere *E* uel uni uiro (uoro *N*) d. s. habendi] *NE 4406*, uel duobus fratribus unam mulierem nubendi *BCPMLS* 4 denegetur *4406*

III, 12, 3 [= BREV. III, 12, 2] (396 Dec. 8).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Manente circa eos sententia, qui post latam dudum legem quoquomodo absoluti sunt aut puniti, || ⌜si quis incestis posthac consobrinae suae vel sororis aut fratris filiae uxorisve eius postremo, cuius vetitum damnatumque coniugium est, sese nubtiis funestarit, designato quidem lege supplicio, hoc est ignium et proscriptionis, careat, proprias etiam⌝, quamdiu vixerit, teneat facultates: sed neque uxorem neque filios ex ea editos habere credatur, nihil prorsus praedictis ne per interpositam quidem personam vel donet superstes vel mortuus derelinquat. Dos, si qua forte sollemniter aut data ⌜aut dicta⌝ aut promissa fuerit, iuxta ius antiquum fisci nostri commodis cedat. Testamento suo extraneis nihil derelinquat, sed sive testato sive intestato legibus ei et iure succedant, si qui forte ex iusto et legitimo matrimonio editi fuerint, hoc est de descendentibus filius filia nepos neptis pronepos proneptis, de ascendentibus pater mater avus avia, de latere frater soror patruus amita. Testandi sane ita demum habeat facultatem, ut his tantum personis pro iuris ac legum quod voluerit arbitrio relinquat, quas succedere imperialis praecepti tenore mandavimus; ita tamen, ut hereditate diem functi penitus arceatur, si quis ex his, quos memoravimus, in contrahendis incestis nubtiis ⌜participatum atque⌝ consilium inisse monstrabitur, successuro in locum illius, qui post eum gradum proximus invenitur. ⌜Id sane, quod⌝ de viris cavimus, etiam de

IVST.
⌜si quis ... 7 proprias etiam⌝] || ⌜si quis incesti vetitique coniugii sese nuptiis funestaverit, proprias⌝
⌜aut dicta⌝ *om.*
⌜part. atque⌝ *om.*
⌜ea sane quae⌝

1 euticiano *libri* manenti *N* 2 eo *L* sentia *N* 2/3 qui post l. d. l. quoquo (quo *S*) modo a. s. aut (uel *S*) puniti (paeniti *N*, poniti sunt *E*) si q. incestis (-tus *4406*, incesti *S*) *om. CPM* 3 posthaec *S* 4 sor. aut fr.] fr. a. sor. *O* filiam *L 4406*, filia *B* uxorisue] *BECL*, uxori suae *N*, uxoris uel *PMS*, uxoris *O* 5 uetitum] uel tantum *NPM (fortasse scr.* uetatum: *cf.* uetauit *3, 10, 1 v. 18)* damnatumque] damnoque *PM* est *om. L* sese] si se *NL 4406* funestaret *NB 4406*ᵃ, funestari *ES* 5/6 designatum *E*, designatio *L* 6 lege] legis *E*, *om. BS* proscriptiones *N*, praescriptionis *C* 8 uxore *N* ex ea *(om. M*ᵃ*)* editos *om. O* nihil] *NBOE Iust.*, ut nihil *CPMLS 4406* 9 praedictis] pr. nepotibus *E* ne] nec *EL Iust.* 10 superstis *PML*, superstitis *N*, suprestitis *E* mortuos *BE 4406* dos] duos *N*, dum *S* quam *S* 11 aut data (donata *E*) aut dicta (directa *B*)] aut dicta aut data *O* 12 anticum *P* commodis] quomodis *N*, *om. O* 13 relinquat *NBE Iust.* sed] se *L* testamento *BES* legibus ei] ei legibus *O* 14 si qui] si que *N*, si quis *E*, qui si *CPMLS 4406* 15 editi (edicti *N*) fuerint] f. e. *S* de *om. L* filios *NE* filia] familia *E* neptes *B* 16 proneptes *NB* 17 testandi sane] testandis an *S* 18 habeant *L* ac] sui *B* lege *B*ᵇ 19 quo *B* uoluerint *L* arb. relinquat (-quant *L*)] r. a. *O* qua *B 4406* 19/20 praecepit *N* 20 hereditatem *NB*ᵃ*EPMLS*, ab hereditate *Iust. (praeter P*ᵃ*)* diem (die *O*) functi] *OCP MLS*, defuncti *NBE Iust. (praeter Q*ᵃ*)* 21 sarceatur *L* ex his *om. B*ᵃ memorabimus *N* 22 participatum *L* inisse] *OE CM*ᵇ *Iust.*, inesse *BL*, in his se *NS*, in his *PM*ᵃ *4406* 23 successurum *B*ᵇ*LS*, successos *B*ᵃ loco *BE* illius] ipsius *C*¹ gradu *NO* 24 id] is *PM 4406* cauemus *BOE*, causemus *N*

feminis, quae praedictorum sese consortiis commacularint, ˹custodiatur˺. Memoratis vero personis non extantibus fisco locus pateat. || Ad cuius legis nexum et condicionem pertinere iubemus, si qui forte iam dudum, hoc est ante promulgationem huiusce legis, inlicitis memoratarum nubtiarum sceleribus commaculati quoquo modo latere potuerunt. DAT. VI ID. DECEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

IVST. ˹custodiantur˺ || *fin.*

INTERPRETATIO. Post prioris legis sententiam, quae de talibus personis lata est, id praecipit observari, ut districtione legis, supplicio et proscriptione liberi, quisque ille aut sororis aut fratris filiam aut tertii gradus consobrinam aut certe fratris uxorem sceleratis sibi nubtiis iunxerit, huic poenae subiaceat, ut de tali consortio separetur atque etiam si filios habuerint, non habeantur heredes legitimi nec heredes, sed infamia sint notatae utraeque personae, ita ut possidere tantum proprias facultates principis beneficio videantur, ceterum nullum praesumant subire contractum donandi atque testandi facultate submota: sed nec in ipsis feminis, quas taliter sortiti sunt, aliquid conferant, et si etiam aliquid tempore nubtiarum sibi dederint, revocetur ad fiscum: aut etiamsi filios habuerint, non per subpositam aut per aliam personam aut per commenticiam donationem ad illos quidquam ex eorum facultate perveniat, sed ipsis mortuis ad legitimos heredes, quoscumque gradus admittit, usque ad certum originis locum ab intestato ipsi succedunt. Testandi etiam eis in his tantum personis, quibus lege concessum est, permissa potestas est, ita ut ex his, quos elegerit, scribat heredes, ita tamen, ut, si qui in tali consortio consensum cum his habuisse docentur, hereditate exclusi aliis in proximo gradu venientibus locum faciant: nam si desint personae propinquorum, quos lex ad successionem vocat, tunc in eorum facultatibus fiscus accedat.

BREV. (*NBO[om. int.]ECPMLS Paris. 4406*). — IVST. 5, 5, 6.

1 sese] se *post* praed. *O* consortis $N^{a}$, *post* commac. *O* commacularint] conmacularent *B*, commaculauerint *E Iust.*, commoculauerint *L* 1/2 custodiatur] uolumus custodiri *O* 2 minoratis *N* fico $L^{a}$ 3 ad] a $L^{a}$ 4 quis *BEL*, quid *S* hoc est] *BOEC*, *om. NPMLS* huius *B*, huiuscemodi *S* 5 sceleribus] in sc. *PML 4406* quoquo modo] quomodo *B* poterunt *C* 5/6 dat. ui (*sic BCS*, u *PM 4406*, uii *NOE*) id. (k. *NBOE*) dec. const. (*om. N*) arc. iiii et hon. iii aa. *libri; subscriptio dubia, nam administravisse videntur praefecturam Caesarius ad a. 397 Iul. 13, Eutychianus inde a Sept. 4 anni eiusdem* 7 priores leges *NE* sententia *NL* id] hic *C* 7/8 praecepit *NBELS* 8 destrictione *PM*, districtiore $B^{2}$ praescriptione $C^{2}$ *(Bern.)*, suscriptione *N*, perscriptione *S* liberi] deberi *B* quisquis *B* sorores *NE* 9 fratres *NE* *post* filiam *ins.* aut sororis filiam *S* tertii] *scripsi*, certi *B*, certe *NECPM*, certe ulterioris *LS 4406* certe fratris] priuignam $E^{t}$, fratris (*om.* certe) $E^{v}$ *edd.* 9/10 iunxerunt *E* 10 paena *N* separentur *E* si *om. E* filius *L*, filias $4406^{a}$ habuerit $PM^{b}LS$ 11 heredes *om. L* nec heredes *om. EM 4406* infamiae] *NB* notae $N^{a}$, notata $4406^{a}$, notato *B* utraeque] *CS*, utrique *N*, uterque *EPML 4406*, utrumque *B* ita ut] aut $M^{2}$ 12 principes *N* uideantur] mereantur *B* praesumat *S*, sibi praesument *E* 12/13 subire] habere *L* 13 in] *NBCLS*, *om. EPM 4406* 14 conferant] conferat *E*, transferant *PMLS* et] hii *NE*, quod *B* etiam aliquid] quid etiam *B* sibi *om. B* dederant *BE* 14/15 ad fiscum *om. B* 15 per aliam] aliam *L* 15/16 commendatitiam *NB* 16 earum *N* ad] a *BEL* 17 *inter* legitimos *et* heredes *interponit interpretationem legis 3, 12, 1 E (ubi vide)* quascumque *N* usque] et usque *L* certum] tertium *S* ipsis *N* 18 est] *NBE*, sit *S*, *om. CPML 4406* 19 ex *om. E* elegerit] *NBE*, elegerint *CPMLS* scripbat (*sic*) *L*, scribant *S* 20 concessum *N* doceantur *N* aliis *om.* $C^{1}$ in *om. L* 21 desunt *edd.* ad s. u. lex *edd.*

III, 12, 4 [= BREV. III, 12, 3] (415 Mai. 16).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Tamquam incestum commiserit, habeatur, qui post prioris coniugis amissionem sororem eius in matrimonium proprium crediderit sortiendam; pari ac simili ratione etiam, si qua post interitum mariti in germani eius nubtias crediderit adspirandum: illo sine dubio insecuturo, quod ex hoc contubernio nec filii legitimi habebuntur nec in sacris patris erunt nec pa-

1 aurelianu *N*, aurelio *E* $\overline{\text{ppo}}$ ii] *E*, ii $\overline{\text{ppo}}$ *CPMLS 4406*, $\overline{\text{ppo}}$ *NO*, $\overline{\text{ppo}}$ urb *B* tamquam] t. si *4406* 2 priores *N*, *om. O* admissionem *B* 3 proprium *om. O* sortiendum *PML 4406* 4 eis $B^{1}$ illos *E*, illud *S* insecutor *N*, insecuturum *S* 5 habeantur *E* nec in s. p. erunt *om. BO*

ternam ut sui suscipient hereditatem. DAT. XVII KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI DD. NN. HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Quaecumque mulier sororis suae maritum post illius mortem acceperit vel si quis ex viris mortua uxore sororem eius aliis nubtiis sibi coniunxerit, noverint tali consortio se esse notabiles, et filii, qui exinde fuerint procreati, et successione excluduntur nec inter filios habebuntur.

---

BREV. (*NBO[om. int.]EXCPMLS Par. 4406*).

1 ut sui *om. O* suscipiant *BECL*ᵃ 1/2 dat. xuii (xui *B*, uii *N*) k. iun. (*CS*, iul. *NBE*, ian. *PM*) constantinopoli (constantino *PMS Paris. 4406*) ddnn (*om. BXCPMS*) honorio (*om. XC PMS Paris. 4406*) x et th. ui aa *libri* (*subscr. om. O*) 3 sorori *S* 4 sibi] se *N* 4/5 se tali cons. *B* 5 notabilis *N*, notabile *E* et] etiam *B*ᵃ, et a *B*ᵇ *4406*ᵃ, ex *E edd.*, *om. LS* excludantur *BC* nec] *NL*, ne *B*, sed nec *ECPMS 4406* 6 habeantur *B*

## XIII. DE DOTIBVS.

*Rubr. ante l. 2 C¹. — Iust. 5, 12:* de iure dotium.

13, 1 [= BREV. III, 13, 1] *(349 Sept. 20).

IMPP. CONSTANT(IVS) ET CONSTANS AA. AD PHILIPPVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. De moribus actio ultra personam extendi non potest, nec in heredem dabitur nec tribuetur heredi. DATA XII KAL. OCTOB. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si de moribus uxorem maritus accuset, hoc est in maleficio, in adulterio similibus aliisque criminibus, si mortua uxor fuerit, heredes eius accusari non possunt, quia crimina cum auctore deficiunt: tamen et si maritus mortuus fuerit qui accusabat uxorem, ab herede mariti mulier non potest accusari.

---

BREV. (*NBOECPMLS*).

1 constantinus *NBOES* constans] constantius *BS* philippum] plippo *N* ppm *E* 2 persona *NPMS* in *om. E* dabitur] *NBOE*, habetur *CPMLS* tribuitur *BE* 3 dat. xii (xui *B*) k. oct. limenio (liminio *OES*, leminio *N*) et catullino (*sic B*, catulino *reliqui*) *libri* 4 accusetur *B*, accusat *edd.* in *om. O* maleficio] manifesti *PMS* in *om. OPMS* adulterium *N* 5 aliisque similibus *O*, similibus aliis *N* accusare *NS* 6 tamen *om. O* et *om. B* qui] quia *O* 7 accusare *NL*, causari *C*¹

---

13, 2 [= BREV. III, 13, 2] (363 Febr. 26).

IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In dote reddenda et retentiones ex iure venientes et pacta, quae legibus consentanea esse monstrantur, placet etiam ex huius sanctionis auctoritate intemerata inviolataque servari. DAT. IIII KAL. MART. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

INTERPRETATIO. Pacta inter maritum et uxorem, quae de dote inita sunt et cum lege concordant, haec lex sicut reliquas pactiones valere praecipit. De retentationibus vero, quia hoc lex ista non evidenter ostendit, in iure, hoc est in Pauli sententiis sub titulo de dotibus requirendum aut certe in Pauli responsis sub titulo de re uxoria.

---

BREV. (*NBOEXCPMLS*).

1 mamertino *OL* ppm *E* 1/2 retentionis *N*, retentationis *LS* 2 uenientibus *EPMLS* monstrabitur *N* 3 sanctiones *NE* 3/4 dat. iiii (xiiii *E*, iii *O*, prid. *B*) k. mart. iul. a. iiii (iii *O*, ii *B*) et (*om. S*) sallustio (salustio iiii *B*, psallustio *PMS*) *libri* 5 ux. et mar. *O*, uirum et ux. *S* quae .... 6 praecipit] de dotibus inita ualere lex praecipit *O* 5 inita] inuita *N* 6 sicut] s. et *S* pactiones] rationes *N* praecipit] *OCS*, praecepit *reliqui* retentationibus] retentatibus *N*, retentionibus *B* 7 non euidenter (uidenter *N*)] e. n. *O* in iure hoc est *om. O* sub titulo] *NBXPML*, s. f. xxii *C*, *om. O* 7/8 requirendum] requirendis *B*, relinquendum *PM*, *post* uxoria *O* 8 certe *om. O*

III, 13, 3 [= BREV. III, 13, 3] (422 Nov. 3).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MARINIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA:

Si constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus, dos, quae data dicitur vel promissa ex eius uxoris facultatibus, ad ⌜feminam⌝ revertatur, nihilque sibi ex hoc defuncti heres audeat vindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis.
1 ‖ ⌜Et⌝ si ⌜fortasse⌝, constante matrimonio a marito uxori dos ⌈ refusa est, quod legibus stare non potest, quia donationis instar perspicitur obtinere, eadem uxore defuncta marito ab eius heredibus cum fructibus ex die refusae dotis restituatur, ita ut proprietas eiusdem a liberis ex eadem susceptis alienari ⌈ a marito non possit. ET CETERA.
DAT. III NON. NOVEMB. RAV(ENNA) HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

IVST. 5, 18, 11 ⌜eam⌝
5, 19, 1 ‖ ⌜om.⌝ ⌜om.⌝ | ⌈ sine causa legitima
⌈ contra leges

INTERPRETATIO. Si contigerit, ut maritus uxore superstite moriatur, quaecumque a muliere marito in dotem data fuerant, ad suum dominium feminae revocabunt, nec heredes defuncti mariti hoc vindicare praesumant: nam si maritus dum adviveret, hoc ipsum, quod a muliere in dote perceperat, fortasse refuderit, quia similitudo donationis est refusio, nullam obtinet firmitatem. Si mortua fuerit mulier, non poterunt hoc eius heredes sibimet vindicare, sed marito etiam cum fructibus hoc iubetur debere restitui: sic tamen, ut, si erunt filii, non sibi hoc, dum advixerit pater eorum, quasi ex bonis maternis vindicent, nec pater aliquid aliud nisi usumfructum exinde habere debebit, nec transferendi in aliam personam habebit liberam potestatem, sed omnia post eius obitum ad communes filios revertantur.

---

BREV. (*NBO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 5, 18, 11. 5, 19, 1.

1 mariniano] ad marianum *N*, marriano *E* post alia] *NBE*, *om. CPMLS* 2 constantem *E* fataliae *S* sorte] consorte *N*, lege *O* 3 dicetur *ES*, ex ei. ux. fac. *om. O* 3/4 femina *N* 4 heris *E*, heredes *NBS* audiat *N*, audeant *BS* 5 recurre *L*ᵃ facit *B* obitus] opus *S* 6 constantem *C*ᵃ 7 quia] quam *C* donationibus *B* perspicitur] *NOL*, praespicitur *ECPMS*, praecipitur *B* 8 obtinere] tenere *L*, obtinere et *B* eadem] eandem *B*² uxorem *NB* defuncto *B* marito *post* 9 dotis *Iust.* ⁊. eius] eius ut superius dictum est *B* 9 dotes *E* 10 a *(om. Iust.)* liberis ex eadem *om. N* alienare *NB* a marito] *BOECL Iust.*, marito *NPMS* 11/12 dat. iii (iiii *N**) non. nou. *(om. O)* rau. hon. (aug. *ins. O*) xiii (uiii *Iust. [Hal.]*) et th. x (iii *Iust. [Hal.]*, *om. B*) aa. (aaa *E*, *om. O*) *libri* 13 constiterit *C*¹*PMS*, constituerit *L* uxorem superstitem (substitem *S*) *NS* 14 marito *om. B* dote *NB* femina reuocabit *edd.* 15 mariti] marito *N* aduiuerit *N* ipsud *B* quod] ut *S* a] ad *L* 16 praeceperat *LS* obtineret *NB*, obtine *L*ᵃ, obtineat *L*ᵇ 17 hoc *om. N* 18 hoc *om. B* sic] si *PML* 19 uindicet *B* 19/20 usufructum *N* 20 potestatem] *NBEC*, facultatem *PMLS* 21 reuertatur *L*

---

III, 13, 4 [= BREV. III, 13, 4] (428 Febr. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA:

Ad exactionem dotis, quam semel praestari placuit, qualiacumque sufficere verba censemus, ⌈ etiamsi ⌜dictio vel⌝ stipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta. ET CETERA. DAT. X KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

IVST. ⌈ sive scripta fuerint sive non | ⌜ ⌝ om.

INTERPRETATIO. Ad inplendam vel exigendam dotem, hoc est, quae a muliere tempore nubtiarum viro datur, etiamsi desit stipulatio promittentis et verba iuridica, dos valere iubetur.

---

BREV. (*NBOECPMLS*). — IVST. 5, 11, 6.

1 hierio] *NOEC*, higerio *B*, pierio *PMLS* aliam *N* 2 ad *om. S*² dotes *N* semel] semper *N* praestare *BP* 3 uel stipulatio *om. L* 3/4 pullititationem *N* 4/5 dat. x (xi *NB*, *om. Iust. [PL Hal.]*) k. mart. const. felice (filice *N*) et tauro (cc *ins. Iust. [PL]*) *libri* 6 quae] quod *N* 7 promittentes *NL*

## XIIII. DE NVBTIIS GENTILIVM.

gentium *N*

I, 14, 1 [= BREV. III, 14, 1] (370? 373? Mai. 28).

IMPP. VALENT(INIANVS) ET VAL(ENS) AA. AD THEODOSIVM MAG(ISTRVM) EQVITVM. Nulli provincialium, cuiuscumque ordinis aut loci fuerit, cum barbara sit uxore coniugium, nec ulli gentilium provincialis femina copuletur. Quod si quae inter provinciales atque gentiles adfinitates ex huiusmodi nubtiis extiterint, quod in his suspectum vel noxium detegitur, capitaliter expietur. DAT. V KAL. IVN. VALENT(INIANO) ET VALENTE AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Nullus Romanorum barbaram cuiuslibet gentis uxorem habere praesumat, neque barbarorum coniugiis mulieres Romanae in matrimonio coniungantur. Quod si fecerint, noverint se capitali sententia subiacere.

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLS).*

1 ad] a *L* theudorum *PMS*, thedorum *L* 2 cuiusque *N* sit *om. N* uxori *L* 3 ullum *N* prouincialis] *NB²OC*, prouinciales *B^aS*, prouinciali *PML* feminae *CPMLS* conpuletur *L*, copulentur *S* quod si] quo si *C*, nisi *PMLS* qui *B* intra *E* atque] et *O* 4 adfinitatis *E* ex *om. B* nubtias *N* extiterit *C* suspectum] *OE^v edd.*, susceptum *reliqui* 4/5 detegetur *O* 5 excipietur *E^vS* dat. u (xu *N*B)* k. iun. *(sic N*OEC*, iul. *B*, ian. *NPMS)* ual. (ualente *P*, *om. N*) et ualente aa. *(om. BOES) libri: Theodosius cum magisterium equitum acceperit a. 369 (Ammianus 28, 3, 9), haec constitutio referenda est ad a. 370 vel 373.* 6 barbara *N*, barbarum *E* gentes *N* uxore *N* 7 barbarum *E^a* coniugis *B¹* mulieris *B¹E* 8 nouerit *S* sententia] sententiae *C*

## XV. DE FIDEIVSSORIBVS DOTIVM.

dotum *O.* — *Iust. 5, 20:* ne fideiussores vel mandatores dotium dentur.

I, 15, 1 [= BREV. III, 15, 1] (392 Nov. 11).

IMPPP. VALENT(INIANVS), THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. MARTINIANO COM(ITI) ORI(ENTIS). Omnium sponsorum vel fideiussorum deinceps in cavenda dotis sponsione promissiones absolvimus. DAT. III ID. NOVEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis inplendae dotis causa pro muliere fideiussor accesserit, pro hac fideiusssione non teneatur obnoxius.

BREV. *(NBOECPMLS).*

1 martiano *N*, mamertino *B* comite *L* oriente *N*, orienta *S* 2 fidiussorum *L* in *om. N* dotes *N* spontione *L* promissiones] *B^bO*, promissionis *reliqui* 2/3 adsoluimus *L*, absoluemus *N* 3 dat. iii (iiii *B*) id. (non. *B*) nou. const. arc. a. *(om. PMS)* ii et rufino *libri* 4 notis *S* causarum *N* fideiussor] de fide *S* 5 retineatur *PMS*

## XVI. DE REPVDIIS.

*Iust. 5, 17:* de repudiis et iudicio de moribus sublato.

I, 16, 1 [= BREV. III, 16, 1] (331 . . . . . ).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD ABLAVIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Placet mulieri non licere propter suas pravas cupiditates marito repudium mittere exquisita causa, velut ebrioso aut aleatori aut mulierculario, nec vero maritis per quascumque occasiones uxores

1 impp. *N* abliuium (*vel* abluium) *N*, blanium *B* ppm *E* placit *L*, placet ut *Q* 2 paruas *N* exquisita] nisi exq. *B* 3 aleatori] adolatori *NE^t*, eleatori *S* muliercularium *C* per quascumque occasiones] per quacumque accusationem *L*, *om. PM*

suas dimittere, sed in repudio mittendo a femina haec sola crimina inquiri, si homicidam vel medicamentarium vel sepulchrorum dissolutorem maritum suum esse probaverit, ut ita demum laudata omnem suam dotem recipiat. Nam si praeter haec tria crimina repudium marito miserit, oportet eam usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere et pro tam magna sui confidentia in insulam deportari. In masculis etiam, si repudium mittant, haec tria crimina inquiri conveniet, si moecham vel medicamentariam vel conciliatricem repudiare voluerint. Nam si ab his criminibus liberam eiecerit, omnem dotem restituere debet et aliam non ducere. Quod si fecerit, priori coniugi facultas dabitur domum eius invadere et omnem dotem posterioris uxoris ad semet ipsam transferre pro iniuria sibi inlata. DAT. . . . . . . BASSO ET ABLAVIO CONSS.

INTERPRETATIO. Certis rebus et probatis causis inter uxorem et maritum repudiandi locus patet; nam levi obiectione matrimonium solvere prohibentur. Quod si forte mulier dicat maritum suum aut ebriosum aut luxuriae deditum, non propterea repudiandus est, nisi forte eum aut homicidam aut maleficum aut sepulchri violatorem esse docuerit, quibus criminibus convictus sine culpa mulieris merito videtur excludi et mulier recepta dote discedit: nam si haec crimina mulier non potuerit adprobare, hac poena multatur, ut et dotem, quam dederat vel pro ipsa data fuerat, et donationem, quam percepit, amittat atque etiam exilii relegatione teneatur. Quod si a viro mulier repellatur, nec ipse, nisi certis criminibus ream docuerit, pro levi, ut solet, iurgio, repudiare non permittitur, nisi fortasse adulteram aut maleficam aut conciliatricem eam probare sufficiat. Quod si docere non potuerit, dotem mulieri restituat et aliam ducere non praesumat uxorem. Quod si forte temptaverit, habebit mulier facultatem, quae innocens eiecta est, domum mariti sui atque eius substantiam sibimet vindicare. Quod dinoscitur ordinatum, ut etiam secundae uxoris dotem repudiata iniuste mulier iubeatur adquirere.

---

BREV. *(NBO[om. int.]EXCPMLQ[incipit* 3, 16, 1]*S)*. — BVRG. R. 21, 2. 3 *re non differens; adhibuit legem hanc etiam Burg. lex Germ. 34, 3. 4:* si quis vero uxorem suam sine causa forte dimittere voluerit et ei potuerit vel unum de his tribus criminibus adprobare, id est adulterium, maleficium vel sepulcrorum violatricem, dimittendi eam habet liberam potestatem et iudex in eam sicut debet in criminosam proferat ex lege sententiam. Quod si de his tribus facinoribus nullum admiserit, nulli virorum liceat de altero (*al.* adultera) crimine uxorem suam dimittere, sed si maluerit, exeat de domo rebus omnibus dimissis et illa cum filiis quae maritus habuerit possideat (*al.* potiatur). — THEODERICVS 54.

1 dimitterint *N*  2 medicamentarium: ueneficus *Burg.*, maleficus *Theodericus cum interpr.*  dissolutorem] uiolatorem *O*  prouerit *M*ᵃ  3 laudata omnem] laudationem *E*ᵃ  3/4 rep. marito (-tum *L*ᵃ)] m. r. *EQ*  4 acuculam] acculam *BC*² (*em.* acuculam), ucuculam *S*, *om. in sp. vac. C*¹; *Theodericus l. c.:* maritus . . . . . dimittat uxorem, si adulteram vel maleficam vel etiam quam vulgus appellat aggagula in iudicio potuerit adprobare; *apparet scriptorem verba legis non esse adsecutum*  capitis *om. Q*ᵃ  domu *O*, domum *B*  5 insula *N*  depotari *E*ᵃ, deputari *Q*  6/7 consiliatricem *Q*  7 uoluerit *NBCLQ*  eiecerit] ei. aliquis *O*  8 debeat *B*  priore *N*  coniugii *N*, conconiugi *Q*  9 posteriores *N*  uxores *N*, *om. O*  10 iniuriam *N*  dat. (*om. N*) . . . . . *(diem om. NOEPM[hi duo in sp. vac.] Q*, iii non. mai. *XCL*, iii non. dec. *B*, x k. iun. *S interpolantes)* basso et ablauio (bladio *B*) *libri*  12 prohibetur *BE*  13 aut ebriosum *om. PM*  luxoriosae *N*  non *ante* est *B*  nisi] quod si *PMLS*  14 sepulchrorum *C*  15 culpam *N*  marito *E*ᵇ  dote] a dote *N*  discedat *S*  16 poterit *L*  haec *NPM*  multetur *BS*, multarum *L*  17 admittat *N*  relegationem *N*  18 nise *L*  ream] eam *PC*  docuerit] conuincerit *N*  ut *om. N*  19 adsolet *N*  iurgium *E*  non *om. NB*¹*E*  forte *ECPMS*  adulteram] aut ad. *E*  malefica *N*  19/20 consiliatricem *B*  20 eam *om. PMLS*  dicere *B*²  poterit *N*ᵃ*PMLS*  mulieris *BS*  alia *L*  21 facultatem] liberam f. *B* (?)  22 deiecta *E*  domum] de domo *N*  eius] *NBE*, omnem eius *CPMLS*  substantia *N*  sibi coetu indicare *N*  noscitur *L*  23 dotem *om. S*  repudiatam *C*  iubetur *N*

,16, 2 [= BREV. III, 16, 2] (421 Mart. 10).

IMPPP. HONOR(IVS), THEOD(OSIVS) ET CONSTANT(IVS) AAA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. ˹Mulier, quae repudii a se dati oblatione discesserit, si nullas probaverit divortii sui causas, abolitis donationibus, quas sponsa perceperat, etiam dote privetur, deportationis addicenda suppliciis: cui non solum secundi viri copulam, verum etiam postliminii ius negamus. Sin vero morum vitia ac mediocres culpas mulier matrimonio reluctata convicerit, perditura dotem viro donationem refundat, nullius umquam penitus socianda coniugio: quae ne viduitatem stupri procacitate commaculet, accusationem repudiato marito iure deferimus.˺ Restat, ut, si graves causas atque involutam magnis criminibus conscientiam probaverit quae recedit, dotis suae compos sponsalem quoque obtineat largitatem atque a repudii die post quinquennium nubendi recipiat potestatem; tunc enim videbitur sui magis viri id exsecratione
1 quam alieni adpetitione fecisse. Sane si divortium prior maritus obiecerit ac mulieri grave crimen intulerit, persequatur legibus accusatam impetrataque vindicta et dote potiatur et suam recipiat largitatem et ducendi mox alteram liberum sortiatur arbitrium. Si vero morum est culpa, non criminum, donationem recipiat, dotem relinquat, aliam post biennium ducturus uxorem. Quod si matrimonium solo maluerit separare dissensu nullisque vitiis peccatisque gravetur exclusa, et donationem vir perdat et dotem ac perpetuo caelibatu insolentis divortii poenam de solitudinis maerore sustineat, mulieri post anni
2 metas nubtiarum potestate concessa. Super retentionibus autem dotium propter liberos iuris antiqui praecipimus cauta servari. DAT. VI ID. MART. RAV(ENNA) EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS.

IVST. 9, 9, 34. ˹Si mulier repudii oblatione sine ulla legitima causa a se dati discesserit, ne viduitatem stupri procacitate commaculet, accusationem repudiato marito iure deferimus˺ *fin.*

INTERPRETATIO. Si mulier repudium marito prior intulerit et statutas lege non docuerit causas, amittat sponsaliciam largitatem nec id repetat, quod marito in dotem dedit, atque insuper exilio relegata nec nubendi locum habeat nec ad propria revertendi. Nam si leves culpas docuerit, quibus divortium videatur adpetere, et dotem careat et donationem refundat neque alteri viro nubendi habeat potestatem. Si vero postea maritum dimittens adulterio se forte miscuerit, maritus etiam post repudium habeat licentiam persequendi. Quod si mulier quae discedit in virum gravia crimina et certa probaverit, et dotem revocabit et quod ei maritus in

1 theod.] et theod. *NECS* et *(om. O)* const (constantinus *NBS*, ualentinianus *E*) *om. Q* pallidio *S* 3 nullus *ECPML*$^{b}$, nullius *L*$^{a}$ ablitis *L* 4 dotem *N* deportationes *N* 5 addicendam ad suppl. *N*, adnicenda suppl. *S* secundo *N* 6 postluminii *N* si *OL* ac] in *PM*, aut *E* mediocris *N* 7 mulieris *N* relicta *L* perdituram *N*, periura *PMLQ*, periclitura *S* 8 uiro] *B*, uero *reliqui* donationemque *Q* socianda] sociam de *CPMS* 9 ne] nec *N* uiduitate *N* procacitatem *N* commaculet] c. et *B* 10 restat ut] *PMLQS*, praestat ut *NBEC*, *om. O* grauis *B*$^{b}$ 11 causa *B* atque] et *O* inuoluta *B*, innolutum *C*, inuiolatam *N* magni *N* 12 dotes *NE* compos] cum post *S*, hanc post *E* a rep. die] rep. die *E*, rep. diem *B* diem *S* 13 rec. nub. *B* uidetur *S* id] id est *NE*, *inc.* *S*$^{1}$, *post* 14 adpetitione *O* 13 execrationem *N*, ex hac ratione *S* 14 adpetitione] in adpetitionem *C*, apellatione *E* fecissent *NEC* prior] prius *S*, *om. O* obiecerit] obierit *C*$^{1}$ ac] et *O*, aut *PMLS* muliere *N* 15 accusata *N* impetret atque *S* uindictam *NE* dotem *NBEL* 16 alteram] altera *E*, alteram qui *PM*$^{b}$ sortiatur] potiatur *S* 17 dotem] et dotem *BOE* aliam] ad aliam *C* 18 uxore *N* matrimonio *N* solo] sola *B*$^{1}$, se *N* uoluerit *O* reparare *C* dissensum *NL*$^{a}$ 18/19 nullusque *S* 19 grauentur *L*$^{a}$*(?)*, arguatur *B* ac] et *O* perpetuam *B* 20 caelibatu] celebrato *NB* insolentes *N* poena *PM* solitudines *B* 21 concesso *M*$^{a}$ tentationibus *L*, retentationibus *S* 22 antique *S* praecepimus *N*, recipimus *S* 22/23 dat. ui (uii *E*, xii *Iust.* *[Hal.]*, *om. N*) id. (kal. *Iust. [Hal.]*) mart. rau. eustathio (*sic BQ*, eustatio *S*, eustasio *NOECPM*) et agricola (acricola *N*, agriculo *Q*, agrippa *B*) *libri* 24 rep. mar. pr.] mar. rep. pr. *PMLS* statutas (-ta *E*) lege] secundum statutas leges *B* 25 id] *NBEL*, *om. CPMS* dote *NL* 26 propriam *EPMLS*$^{b}$, proprium *S*$^{a}$, prioria *N* leuis *E* 27 docuerit] *NBELS*, edocuerit *CPM* et *om. B* dote *B*$^{b}$*CS* donatione *N* 28 altero *C* post *B* adulterium *S* 29 lic. hab. *CPMLS* consequendi *PMS* 30 et *om. E* certa] cetera *N*, certas causas *LS* reuocauit *NE* ei maritus *post* 158, 1 largitate *N* in] *NEC*$^{1}$, *om. reliqui*

sponsalicia largitate contulerat, vindicabit et post quinquennium nubendi habebit liberam facultatem. Nam si maritus repudium prior intulerit, probatis causis vindicta percepta expulsae uxoris dotem vindicet donationemque recipiat et continuo, si voluerit, aliam ducat uxorem: nam si crimina certa non fuerint, sed, ut solet fieri, femina morum levitate displiceat, maritus donationem suam revocet et illi quidquid ab ea perceperat, mox refundat et post biennium aliam ducat uxorem. Quod si nec morum culpa docebitur et sola est dissensio animorum, mulier, quae innocens expulsa est a marito, et donationem a viro factam sibi vindicet et suam dotem revocet; ille vero in perpetuo solitarius permanebit nec praesumat alterius mulieris coniugio sociari: mulier vero post annum ad aliud coniugium, si voluerit, transire permittitur. Propter communes vero liberos, si fuerint, ea praecipit observari, quae in iure de retentionibus statuta sunt pro numero filiorum, quod Paulus in libro responsorum dicit sub titulo de re uxoria.

---

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLQS)*. — IVST. 9, 9, 34.

1 sponsaliciam largitatem *E* intulerat *N* uindicauit *NBE* habeat *B* 3 uxores *N* repiat *M*[1] 4 fieri *om. N* feminam *B* dispiciat *N*, despiciat *B* 5 ille *NBEL* 6 si nec] sine *L* 7 exulpulsa *P*[a] 8 uero] uiro *M* perpetuum *edd.* ulterius *L* 9 ad *om. NL* alium *NS* permittetur *M* 10 liberos] filios *PMLS* praecipit] *PMS*, praecepit *NBECL* retentationibus *NLS* 11 dicet *NE*

## XVII. DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS CREANDIS.

xuii] xuii aera et titl *Q*. — turibus *L*[a]

III, 17, 1 [= BREV. III, 17, 1] (319 [?] Oct. 12).

IMP. CONSTANT(INVS) A. ET C. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). In universis litibus placet non prius puberem iustam habere personam, nisi interposito decreto aut administrandi patrimonii gratia aut ad litem fuerit curator datus, ut iuxta praecedentia nostrae ⸢provisionis⸣ statuta legitime initiatae litis agitata in iudiciis controversia finiatur. DAT. IIII ID. OCTOB. AQVIL(EIAE) CONSTANT(INO) A. V ET LICINIO C. CONSS. [⸢pietatis⸣ *Iust.*]

INTERPRETATIO. Si pupillis actio inferatur, quamvis adulti videantur, ad litem venire non possunt, nisi forte aetas eorum curiae testificatione firmetur aut certe provisus curator patrimonium pupilli vel negotium tueatur.

---

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLQS)*. — IVST. 5, 34, 11.

1 et (constanti[n]us *ins. Iust.*) c̄ (cetera *S*) *om. OL* p̄ū] *Iust.*, p̄p̄ō *vel* p̄ō *plerique*, p̄m̄ *N*, p̄p̄m̄ *E* litibus *om. S* 2 iusta *L*, iuxta *S*, iustum *E* 3 gratiam *E* ad] in *Iust.* ut] aut *PMLQS*, *om. C* iuxta] iusta *L* praecedentiae *N* 4 prouisionis] serenitatis *B* statutae *N*, decreta *O* initiatae] *OC Iust.*, enitiae *N*, initia *B*, initiator (-tur *M*[a]) *PMLQS* lectis *N*, legis *O* agitatae *PMLQS* controuersia] *O Iust.*, controuersiae *reliqui* 5 finiatur] *OL Iust.*, finiantur *NBEC*[2]*PMS*, firmentur *C*[1] dat. iiii (iii *O*) id. (*ante* iiii *S*) oct. aq. const. a. u (ii *C*) et licinio (lucinio *Q*) c (*om. OQS*) *libri.* — *Propter diem vide ad 9, 10, 3.*

---

III, 17, 2 [= BREV. III, 17, 2] (326 Dec. 31).

IDEM Ā. ET C̄. AD POPVLVM. In feminis tutelam legitimam consanguineus patruus non recuset. DAT. PRID. KAL. IANVAR. IPSO A. VII ET C. CONSS.

Haec lex expositione non eget.

---

BREV. *(NBOECPMLQS)*.

1 et *(om. B)* c̄ (cetera *S*) *om. OC* tutela legitima *LS* consanguineos *LS*, et sanguineos (-neus *Q*[b]) *PMQ* patruos *PMLQS*, pater *E* 2 dat. prid. k. ian. ipso a. uii (ui *B*, u *N*) et caes. (et ceteris *S*, et caes. ii *B*, *om. O*) *libri* 3 haec lex (haec lex *NBE*, ista lex *C*, ista *M*, *om. PLS*) expositione (interp *EPMLS*) non eget (*sic NBS*, indiget *rel.*) *NBECP(char. div.)MLQS*

,17,3 [= BREV. III, 17, 3] (389 Dec. 27).

IMPPP. VALENT(INIANVS), THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. PROCVLO P(RAE)F(ECTO) VRB(I). Inlustris p(rae)f(ectus) urb(i) adhibitis decem viris e numero senatus amplissimi et praetore clarissimo viro, qui tutelaribus cognitionibus praesidet, tutores curatoresve ex quolibet ordine idoneos faciat retentari. Et sane id libero iudicio expertesque damni constituent iudicantes, et si regendis pupillaribus ⌐censibus¬ singuli creandorum pares esse non possunt, plures ad hoc secundum leges veteres conveniet advocari, ut, quem coetus ille administrandis negotiis pupillorum dignissimum iudicarit, sola sententia obtineat praefecturae ⌈. Itaque hoc modo remoti a metu qui consilio adfuerint permanebunt et parvulis adultisque ⌈ iusta defensio sub hac prudentium deliberatione

1 proveniet. Quod tamen circa eorum personas censuisse nos palam est, quibus neque testamentarii defensores neque legitimi vita aetate facultatibus subpetunt. Nam ubi forte huiuscemodi homines offeruntur, si nihil ad defensionem sui privilegiis conparabunt, ut teneri possint iure

2 praescribimus. Ceterum alia, quae in causis minorum antiquis legibus cauta sunt, manere intemerata decernimus ⌈. DAT. VI KAL. IANVAR. MEDIOL(ANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

IVST.
⌐substantiis¬

⌈ super cuius nomine sollemnitate servata postea per praetorem interponatur decretum. ⌈ clarissimis

⌈ In provinciis autem curiales in nominandis tutoribus et curatoribus clarissimarum personarum exhibeant debitam cautionem, et discriminis sui memores cognoscant indemnitati minorum obnoxias etiam suas deinceps esse facultates.

INTERPRETATIO. Quotiens de pupillorum tutela tractatur, debent primi patriae cum iudice secundum aetates minorum aut tutorem aut curatorem eligere, ut ille, qui susceperit tutelam, tali electione possit esse securus. Quae tamen electio circa eas personas observabitur, quae nec testamento decretae sunt nec propinquitate ad id officium adducuntur. De aliis sane minorum commodis legum priorum statuta praecipit observari.

---

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLQS)*. — IVST. 5, 33, 1.

1 et *om. O* pu] *BPMQ*, ppo *NE*, pfpo *C*, preposito *O*, pp *Iust.*, *om. L* 2 inl. pu] ū. inl praef praet *E* inlustris ... numero] in *(rel. om.) S* e numerus *N*, et numeros *B* amplissimo *N* 3 cl. uero *N*, uiro cl. *B* praesedit *B*, praesidii *N* 4 ideos *L*, idoneus *E* id] a *L* expertesque] *OS Iust.*, expertisqu(a)e *NBEC*, ex litis quae *PMLQ* damni] demni *C*, *om. B* 5 iudicantes] de causis *B* pupillaribus] *NBOS Iust.*, puellaribus *CPMLQ* 6 singulis *NPMLQS* patres *N* 7 adhuc *NQ* leges (legis *L*) ueteres (-ris *E*)] u. l. *O* 8 conueniat *N* que *N* illi *L* 9/10 iudicaret *NE*, indicabit *O Iust. (praeter M)* 10 teneat *B* 11 a metu qui] a metumque *N*, ametur qui *E* consilium *E* 12 adfuerunt *N* et *om. S* parabulis *E* 14 conueniet *BS*, perueniet *Iust.* 15 nos *om. O* 15/16 neque test.] test. *E* 16 legitimi (-me $B^1E$) uita (uiuita *PM*, uitae *NB*)] legitimae $OL^b$, legitiae $L^a$) 16/17 aetate (-tes *L*) fac. subpetunt] suppetant aetates *O* 18 offeruntur] offerentur *CQ*, offerunt *L* nil *B* suis *OPMLQS Iust.*, sub *E* 19 ut teneri (-re *O*) possint] teneri possent *C*, ut t. non p. *S* 20 praescribemus *S*, perscribemus *N*, conscribemus *B*, praescripsimus *O* 21 minoribus *L* 22 decernemus *N* 22/23 dat. ui (u *B*, iii *Iust. [Ver.]*) k. ian. med. timasio (timatio *B*, timacio *E*) et pr. *libri* 25 patriae] p. ciuitatis *B* iudicem *NPM*, iudicibus $B^2$ 26 aetatis *E* 27 tutela *E* posset *N* 28 temptamento *S* 29 praecipit] *S*, praecepit *reliqui*

---

II,17,4 [= BREV. III, 17, 4] (390 Ian. 21).

IIDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Matres, quae amissis viris tutelam administrandorum negotiorum in liberos postulant, priusquam confirmatio officii talis in eas iure veniat, fateantur actis ⌈ ad

IVST.
⌈ sacramento praestito

---

1 aaa] ā *CPLMQ* ppo] *N*, po *B*, pfp *C*, pf. *PMQS* matribus *PMQ* 3 officii talis (-les *NS*)] t. o. *O* ueniant *N*

1 alias se nubtias non venire. Sane in optione huiuscemodi nulla cogitur, sed libera in
condiciones quas praestituimus voluntate descendat; nam si malunt alia optare matri-
2 monia, tutelas filiorum administrare non debent. Sed ne sit facilis in eas post tutelam
iure susceptam inruptio, bona eius primitus, qui tutelam gerentis affectaverit nubtias, in
obligationem venire et teneri obnoxia rationibus parvulorum praecipimus, ne quid incuria,
3 ne quid fraude depereat. His illud adiungimus, ut mulier, si aetate
maior est, tum demum petendae tutelae ius habeat, cum tutor ⌈ legi-
timus defuerit vel privilegio a tutela excusetur vel suspecti genere
submoveatur vel ne suis quidem per animi aut corporis valetudinem
4 administrandis facultatibus idoneus inveniatur. Quod si feminae
tutelas refugerint et praeoptaverint nubtias ⸢neque quisquam legiti-
mus ad pares possit causas vocari⸣, tunc demum vir inlustris prae-
fectus urbi adscito praetore, qui inpertiendis tutoribus praesidet, sive iudices, qui in pro-
vinciis iura restituunt, de alio ordine per inquisitionem dari minoribus defensores iube-
bunt. DAT. XII KAL. FEBR. MEDIOL(ANO) VALENT(INIANO) A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

IVST.
⌈ testamentarius vel
⸢neque . . . uocari⸣ *om.*

INTERPRETATIO. Mulieres mortuis maritis, si ipsae voluerint tutelam suscipere filiorum, priusquam hoc adsumant, actis profiteantur se non esse nubturas. Sed hoc ipsum non extorquendum est, sed si maluerint, hoc voluntate propria fateantur: nam si ad alias nubtias migrare voluerint, tutelam filiorum administrare non possunt. Sciant hoc etiam viri, qui sibi iungendas matres postulant parvulorum, quod, si mulieres tutelam administrare coeperint filiorum et postea nubserint, ille, qui in consortium recipitur maritale, bona sua noverit obligata et se ad rationem reddendam minoribus obnoxium esse futurum. Additur etiam illud, quod mulier, nisi maior aetate fuerit, tutelam suscipere prohibetur. De his vero, qui cum lege veniunt ad tutelam, si quis ex his videbitur aut deceptus facultatibus aut moribus vilis, admitti non poterit, ne minorum bona depereant: sed illi accedant in tutelam, qui integritate mentis et certa propinquitate iunguntur. Nam si defuerint personae quas diximus et mater tutelam suscipere noluerit, tunc, sicut prius constitutum est, electio iudicis vel provincialium tutores minoribus deputabunt.

---

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLQS)*. — IVST. 5, 35, 2. — BVRG. R. 36, 1.

1 obiectione *BELS* cogetur $B^{a}O$, cogatur $B^{b}$ 2 praestitimus $N^{a}B$, diximus *O* discendant *N*, discedat *BO* si] si matres *O* talia *C* 3 ne *om. PMQ* faciles *N* 4 suscepta *N* inruptio *om. E* primitus *post* affect. *O* gerentes $NS^{a}$ nubtias *post* qui *O* 5 obligatione *E* tenere *BC* obnoxiam *BE* praecepimus *NEL* ne quid] neque *B* incuria] incuriosae *Iust. (praeter* $M^{b}$*)* 6 ne quid fr.] neque fr. *NB*, ne quid in fr. *E* adiunximus *N* aetatem *E* 7 maior est tum *(NC,* tunc *BO Iust.,* et *PMLQ, om. S)*] maiore statum *E* tut. pet. *O* cum tutor] contutor *N*, et cum tutor *B* 7/8 legimus $M^{a}$ 8 suspecti (suscepti *C*) genere] suspecti generis *E*, ius suscepti generis *B* 9 submouentur *N*, submoueantur *Q* per] pro *O*, aut *PMLQS* ualitudine $NOQ^{b}S^{b}$ 10 si *om. E* 11 refugerent *N* et *om.* $L^{a}$ nubt. praeopt. *O* neque] nec *B* 12 ad pares] appares $NPM^{a}$*(?)*, ad paris *E*, patruus *B* causas] ad causam *B* tunc] *NBOE Iust.*, tum *CPMLQS* 12/13 praefectus *om. E* 13 urbi] *OC*, urbis *NBEPMLQS* abscito *N* in perficiendis *N* praesedit *NBL* 14 iure *Q* restituant *E* inquisitione *PM* 14/15 iubebunt] debebunt *L*, iubentur *B* 15 dat. xii (xuiii *B*) k. feb. med. ual. a. *(om. B)* iiii et neoterio *(sic C,* neuterio *reliqui) libri* 16 tutilla *N* 17 nubturas] nubtiis copulandas *N* 18 est *om. NB* 19 tutela *L*, tutilla *N* coniungendas *B* 20 mulieris *C* 21 qui] que *L* consortium] *NBE*, consortio *CPMLS* recipietur *B* maritali *CPMLS* obligata] o. esse *B* 22 addetur *N* nisi] si $P^{1}MLS$ 23 maior] mor *N*, maiore *E edd.* prohibetur] non pr. *S* qui cum] quicumque *S* 24 quis] qui *BEPML* uiles *E*, uiris *PM* 25 accendant *B* integritatem *N* 25/26 mentis (-tes *N*) et certa (cetera *NP*) propinquitate *om.* $B^{a}$ 27 uoluerit *N* prioribus *PML* constitum *E* electione *CPML* iudices *N* 28 deputabit *S edd.*

# XVIII. QVI PETANT.

*Iust. 5, 31:* qui petant tutores vel curatores.

I, 18, 1 [= BREV. III, 18, 1] (357 Iul. 15).

IMP. CONSTANT(IVS) A. ET IVLIANVS C. HAVE ORFITE K(ARISSIME) N(OBIS). Avos quoque et avias tutoris necessitas postulandi teneat obligatos, si nepotibus pupillaris aetatis testamentaria vel legitima tutela defuerit. Nam si tutor forte petitus non fuerit, secundum ea, quae priscis legibus instituta sunt, emolumentum successionis amittant ad quos poterat hereditas pervenire. DAT. ID. IVL. CONSTANTIO A. VIIII ET IVL(IANO) C. II CONSS.

INTERPRETATIO. Si avus paternus defuerit, avos maternos etiam atque avias tam paternas quam maternas iubet ad tutores parvulorum petendos legis praeceptione constringi, si tamen testamentarii vel legitimi deesse probantur. Quod si nepotibus parvulis tutores providere despexerint, iubet eos huiusmodi dispendio subiacere, ut, si forte cesserit luctuosa hereditas, de successione minorum, quibus tutores aut non petierint aut noluerint providere, habeantur extranei.

---

BREV. *(NBOECPMLQS).*

1 constantinus *NBC* ā *om. E* et iulianus c̄ (c̄ conss. *LS*)] et constans augusti *O* haue (*sic C*, aue *O*, habe *NEPMQ*, abe *BS*) orfite (orfice *B*, orpite *N*) k̄ n̄ (*sic compendio PMQ*, karissime nbb *E*, carissime nobis *BOC*, fenicis *S*, kl nouemb *N*) *om. L: data est ad praefectum urbi* abus *N* 2 tutores *BE*, tutelae *PMLQ* obligatus *N* pupillariis *B* aetates *N*, et *B*, *om. O* 3 nam si t. forte (*om. N*) petitus (potius *N*) n. fuerit *om. B*ª 4 leg. pr. *B* instituta] *NOEC*, constituta *B*, statuta *PMLQS* emolumento *E* amittent *B*¹, admittant *S*, emittent *E* 5 pertinere *O* dat. id. (kl. *N*) iul. constantio (-tino *NBC*) a. uiiii (uiii *B*) et iul. c. (ceteris *S*, *om. N*) ii (*om. NO*) *libri* 6 auos] auus *NEPM*, aut *B* maternos (-nus *NBECPM*) etiam] e. m. *C* 7 ad tutores] adiutores *N* petendus *N* leges *N* tamen *om. O* 8 legitimi] l. filii *E* 8/9 dispexerint *NB*ª*EC*, desperent *S* 9 ut] et *L*, quod *B* 10 minorum] minoribus *N*, hereditate minorum *B*

---

I, 18, 2 . . . . . . . . . . . . . .

*Constitutionem, quae matres pupillis vel minoribus defensionem legitimam non petentes vel relictarum rerum inventarium non facientes mori praecipit intestatas, tollit Theodosius II in novella 11 de tutoribus; addit interpres:* poena illa . . . fuerat in Theodosiani codicis corpore constituta, ut si non providissent filiis tutores vel rerum inventarium non fecissent, faciendi de rebus suis testamenta vel donandi . . non haberent liberam potestatem et insuper notarentur infamia. *Constitutionem sublatam propter eam ipsam causam in breviarium non esse receptam consentaneum est; hoc loco quam inserit constitutionem codex L repertam et receptam ab Haenelio (aere expressa est ad Hauboldi opuscula 2 p. 918) ficticia est (cf. neues Archiv 25, 589). Ea haec est:* IDEM A. Si mater defensorem legitimum filiis non poposcit vel tutor pupillis inventarium (inventa in eo *cod.*) rerum propria avaritia (auari *L*ª) vel temeritate (-tem *L*) non conscripserit, ita plectantur infamiae (*sic L*), ut nec testandi nec donandi habeant libertatem. DAT. PRID. K. APRIL. MOSTO CONS. Expositione non egit. *Apparet interpolatorem errore pro matre, quae inventarium non fecerit, substituisse tutorem.*

# XXX [= BREV. XVIIII]. DE ADMINISTRATIONE ET PERICVLO TVTORVM ET CVRATORVM.

*De tituli numero constat per sequentis servatum in T* — 1 adm.] adm. tradictione *C* — 2 et cur. *om. O* — *Iust. 5, 37:* de administratione tutorum et curatorum et de pecunia pupillari feneranda vel deponenda; *5, 38:* de periculo tutorum et curatorum.

III, 30, 1 [= BREV. III, 19, 1] (314 Mart. 26).

IMP. CONSTANT(INVS) A. ET C. Pro officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitores exsistant, tamquam pigneris titulo obligata minores sibimet vindicare minime prohibentur. ⌈ DAT. VII KAL. APRIL. TREV(IRIS) VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

IVST.

⌈ idem est et si tutor vel curator quis constitutus res minorum non administravit.

INTERPRETATIO. Quicumque tutor sive curator neglegentia administrationis suae debitor minoribus conprobatur, noverit facultates suas ita obligatas, ut, si non satisfecerit, ratione deducta bona sua a minoribus loco pigneris teneantur.

---

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLQS).* — IVST. 5, 37, 20.

1 ā *om. C* et c̄] *NBEPMQ*, et c̄et *S*, et iulianus c̄ *CL*, basso preposito *O*, *om. Iust.* administrationes $E^b$ tutores $B^bECS$ curatores $NB^bECS$ 2 si] se *C* pigneris] *OPML*, pignoris *reliqui* 3 oblita *S* minores semet *S* 4/5 dat. uii (u *B*) k. apr. treuiris *(sic* $B^bECQ$, treueris *O*, triueris $B^a$, triū *PM*, trium *N)* uol. et *(om. S)* anniano (aniano *BOC*, *om. S*) *libri* 8 a *om. S* pignoris *dett.* teneatur $B^a$

---

III, 30, 2 [= BREV. III, 19, 2] (316 [323] Febr. 3).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAE)F(ECTVM) V(RBI). POST ALIA: ⌈Minorum⌉ defensores, si per eos donationum condicio neglecta est, rei amissae periculum praestent. ET CETERA. DAT. III NON. FEB. ROM(AE) SABINO ET RVFINO CONSS.

⌈pupillorum seu minorum⌉ IVST.

INTERPRETATIO. Si in his, quae minoribus donar possunt, per tutoris neglegentiam sive conludium donationis sollemnitas inpleta non fuerit, id, quod minori deperierit, de proprio cogitur exsolvere.

---

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLQS).* — GEMINA 8, 12, 1. — IVST. 5, 37, 21. — *Plena fr. Vat. 249, unde quae accedunt non adscripsimus.*

1 ā *om. E* p̄ū] *Iust.*, p̄fu *PML*, p̄pm *E*, p̄po *N*, p̄fp *C*, p̄rf *B*, p̄f *Q*, praefecto *S*, preposito *O* 2/3 condicione electa $NM^2$, condicio electa *E* 3 admissae *E* pertinent $E^t$ 3/4 dat. iii *(sic NOE*, iiii *BCQS*, uii *PM)* k. *(sic hoc loco omnes et Iust. [Ver.]*, non. *l. gemina)* feb. *(sic Iust. [Ver.] cum l. gemina*, nou. *hoc loco libri omnes)* rom. sabino (sauino *OC*) et rufino *libri*, p̄p . . . . conss. in foro diui . . . . *(reliquis abscissis) Vat. Propter diem vide ad 8, 12, 1.* 5 min.] in min. *E* tutores *N* neglegentiam] n. sententiam *B* 6 sollemnitas] *NBE*, soll. uel condicio *CPMLQS* deperiet $C^1PML$, deperient $C^2$, deperiit *S* 6/7 cogetur *ECPML*, cogatur $B^b$, cogitetur *S*

,30, 3 (326 Mart. 15).

IVST. 5, 37, 22.

IDEM A. AD POPVLVM. Lex, quae tutores curatoresque necessitate adstrinxit, ut aurum
argentum gemmas vestes ceteraque mobilia pretiosa, urbana etiam mancipia, domos balnea
horrea atque omnia intra civitates venderent omniaque ad nummos redigerent praeter
1 praedia et mancipia rustica, multum minorum utilitati adversa est. Praecipimus ita-
que, ut haec omnia nulli tutorum curatorumve liceat vendere, nisi hac forte necessitate et
lege, qua rusticum praedium atque mancipium vendere vel pignorare vel in dotem dare in
praeteritum licebat, scilicet per inquisitionem iudicis, probationem causae, interpositionem
2 decreti, ut fraudi locus non sit. Ante omnia igitur urbana mancipia, quia totius supellec-
tilis notitiam gerunt, semper in hereditate et in domo retineant; nam boni servi fraudem
fieri prohibebunt, mali, si res exegerit, sub quaestione positi poterunt prodere veritatem.
2ª Atque ita omnia observabunt, ut nec inventaria minuere nec mutare vel subtrahere aliquid
tutor valeat: quod in veste margaritis gemmis et in vasculis ceteraque supellectili necessa-
2ᵇ rium est. Et tolerabilius est, si ita contigerit, servos mori suis dominis quam servire ex-
traneis: quorum fuga potius tutori adscribitur, sive neglegentia dissolutam patiatur esse dis-
2ᶜ ciplinam sive duritia vel inedia atque verberibus eos adficiat. Nec enim dominos execrantur,
sed magis diligunt, ita ut haec lex per hoc quoque melior antiqua sit: tunc enim remota
3 servorum custodia etiam vita minorum saepius prodebatur. Nec vero domum vendere liceat,
in qua defecit pater, minor crevit, in qua maiorum imagines aut videre fixas aut revulsas
non videre satis est lugubre. Ergo et domus et cetera omnia inmobilia in patrimonio mi-
norum permaneant nullumque aedificii genus, quod integrum hereditas dabit, conlapsum tu-
3ª toris fraude depereat. Sed et si parens vel cuiuscumque heres est minor reliquerit defor-
matum aedificium, tutor testificatione operis ipsius et multorum fide id reficere cogetur: ita
4 enim annui reditus plus minoribus conferent quam per fraudes pretia deminuta. Servi
etiam, qui aliqua sunt arte praediti, operas suas commodo minoris inferent, et reliqui, qui
in usum minoris domini esse non poterunt quibusque ars nulla est, partim labore suo, par-
5 tim alimoniarum taxatione pascantur. Lex enim non solum contra tutores, sed etiam contra
feminas inmoderatas atque intemperantes prospexit minoribus, quae plerumque novis maritis
5ª non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt. Huic accedit, quod ipsius pecuniae, in
qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt, fenerandi usus vix diuturnus, vix con-
tinuus et stabilis est: quo facto saepe intercidente
pecunia ad nihilum minorum patrimonia deducun-
6 tur. Iam ergo venditio tutoris nulla sit || sine
interpositione decreti: exceptis his dumtaxat vesti-
bus, quae detritae usu aut corruptae servando
servari non poterint.

IVST. 5, 72, 4.

|| Et sine interpositione decreti tutores
vel curatores quarumcumque personarum
vestes detritas et supervacua animalia
vendere permittimus.

⌜vel curatore sollicito, ut easdem inspiciat fre-
7 quenti re[*cogni*]tione incolumes⌝. Animalia quo-
que supervacua minorum ⌈ veneant, non vetamus.

⌜ ⌝ *om.* IVST. 5, 37, 22.

⌈ quin

DAT. ID. MART. SIR(MIO) CONSTANTINO (A. VII E)T CONSTANTIO C. CONSS.

---

*T (incipit v. 1* vel curatore). — IVST. 5, 37, 22. 5, 72, 4.

4 id.] *Iust.* 5, 37, 22 *(PL Hal.).* 5, 72, 4 *(Ver. Hal.) cum iuncta* 2, 16, 1, iii id. *T* sir] *T*, *om. Iust. utroque loco* constantino ā] c̄p *Iust. 5, 72, 4 (Ver.)* constantio c̄] *T*, constantino c̄ *Iust. 5, 37, 22 (Hal.)*, constante c *Iust. 5, 72, 4 (Ver.)*, constantio caes. iiii *Iust. 5, 72, 4 (Hal.)*

---

I, 30, 4 (331 Aug. 1).

[*IDEM A. AD*] VNIVERSOS PROVINCIALES. POST ALIA: Minorum defensores, [*hoc es*]t tutores vel curatores, si participes rei, quae lite posci[*tur, it*]a, ut iussum est, edere detractaverint eosdemque contra ve[*rum*] nominaverint, quoniam pupillo nihil vel adulto perire opor[*tet, in*] quolibet litis eventu tantum de proprio pecuniae fisco infe[*rant, q*]uantum aestimatione habita ex tertia parte colligitur. Quod[*si pau*]peres sint, capitis deminutione plectantur et desinant cives [*esse R*]omani, ita ut ius integrum ipsis minoribus reservetur. ET CE[*TERA. D*]AT. K. AVG. BASSO ET ABLABIO CONSS.

---

*T*

1 *hiatus plerosque explevit fere Peyron, hiatum post* defensores *Vesmius.* 3 eosdemque] eosdemve *malim* ne[rum] *Vesmius spatio non satis expleto* 4 euentus *T*ª 4/5 aestimationem *T* 6 ut ius] titius *T*ª 7 ablabio] *sic T*

III, 30, 5 [= BREV. III, 19, 3] (333 Apr. 18).

(IDEM A. FELIC)I. Quoniam per neglegentiam seu proditionem tu(torum) et curatorum possessiones iuris enfyteutici vitio in(terce)dente commissi e minorum fortunis avelluntur, pla(cet, ut) tutor curatorve, cuius officio manente possessiones (mino)ris iuris enfyteutici praerogativam commissi offen(sa pe)rdiderint, tantum de facultatibus propriis censura in(mine)nte minoribus restituat, quanto rem valere potuisse (cons)tabit. DAT. XIIII K. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) DALMATIO ET ZENOFILO CONSS.

**IVST.**
**Si tutoris vel curatoris culpa vel dolo, eo quod vectigal praedio emphyteutico impositum minime dependere voluissent, minori fuerit amissum, damnum quod ei contigit ex substantia eorum resarciri necesse est.**

INTERPRETATIO. **Si forte cesserit, ut minores possessionem iuris enfyteutici, hoc est, quod ex fisci bonis parentes eorum habere meruerant, sub qualibet praestatione tenuerint et hoc per neglegentiam sive proditionem tutoris aut inminutum fuerit aut certe sublatum, quidquid perierit, a tutore vel curatore esse reddendum.**

---

*T [desecta ( ) comprehenduntur]* BREV. *(NBOECPMLQS)*. — IVST. 5, 37, 23.

1 filici *N*, felice *EL: videtur fuisse* $\overline{ppo}$ quoniam] quod *L* 2 proditionem] prodire *S* tutorum] tute|∗∗∗∗∗ *T* 2/3 possessionis *TN*, possiones *Q*, traditiones $C^{2}$ 3 iuris] i. implere *S* enfyteutici] *T*, enphiteutici *CPM*, inpheteutici *N*, i(*vel* e)nfiteutici *B*, enphiteuticis *S et sic fere deinceps* uetio *N* 3/4 commissi e] commisse *NE*, commissi et *B* 4 auellantur $S^{1}$ placeat $B^{a}$ ut *om. N* 5 cuius] cuiusque *T* 5/6 possessiones] *scripsi*, possessione *T*, possessio *brev., om. O* 6 minores *NO* enhiteuci $M^{a}$, emphiteuci $M^{b}$ praerogatiua *B*, praerogatiuam proprietatem *Q* 7 cummissi *T*, commissio *L* perdiderint] *TNBE*, perdiderunt *O*, perdiderit *CPMLQS* 8 propriis] suis *O* emenente *TN* 9 restituant *O* quantum *NBOECLQ* ualere potuisse] ualuisse *E* 9/10 dat. xiiii (xiii *O Iust. [Hal.]*) k. mai. (marcii *S*) const. dalm. et zenofilo *(sic NOEPMQ*, zenophilo *C*, sinophilo *B*, senofilio *S*, genofilo *T) libri* 11 cesserit] recesserit $B^{a}$, euenerit *O* possessione *C* 13 huc *S* proditione *M*, proproditionem *N* inmenutum *M* fuerat *N*

---

III, 30, 6 [= BREV. III, 19, 4] (396 [?] Febr. 24).

(IMPP. A)RCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Tutores eodem momen(to, qu)o fuerint ordinati, mox adeant cognitores, ut praesen(tibus p)rimatibus, defensore, officiis etiam publicis, inventario (soll)emniter facto, omne aurum argentumque et quidquid (vetu)state temporis non mutatur, si in pupilli substantia rep(peri)atur, iudicum ac senatorum, officiorum etiam publico(rum) inustum signaculis, in tutissima publicae auctoritate sen(tent)iae sine spe aliqua usurarum custodia conlocetur; non (priu)s qualibet occasione mutandum, quam adultus legitimam (in-g)ressus aetatem non tam litibus vacare incipiat, quam integro (se
1 m)ox gaudeat patrimonio restitutum. Et quoniam etiam (med)iocris pensanda fortuna est, si cui forte in hereditate mo(bili)a tantum, non etiam inmobilia relinquantur nec aliqui fundo(rum) redi-

**IVST.**
**Tutores vel curatores, mox quam fuerint ordinati, sub praesentia publicarum personarum inventarium sollemniter rerum omnium et instrumentorum facere curabunt. Aurum argentumque et quidquid vetustate temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima custodia**

---

1 et *om.* $N^{a}Q$ $\overline{aa}$ *om.* $OC^{a}$ eutitiano *vel* euticiano *fere brev.*, eudiano *B* 2 quo] quod *NE* 3 adeant] audeant *E*, audiant *CPMQ* cognitoris *E* *ante* ut (et *O*) *repetit* eodem momento $N^{a}$*(?)* defensore] *TNOE*, defensor *B*, defensores *C*, defensoribus *PMLQS* officii $T^{b}$, et officiis *O* 4 sollemne *N* omnem *B* 4/5 argentum aurumque *O* 5/6 pupillis *NE CLS* 6 iudicium *NE*, iudic∗um *P* ac] ad *B* 7 inustum] iniustum $B^{a}LS$ sinaculis $T^{a}$ tutissimi *N* actoritate $M^{a}$, auctoritatis *BOE* 8 sententia *BO* spe] speciae *B* custodia] studia $B^{a}$, studio $E^{b}$ 9 qualibet] aliqua *O* occansionem *N* mutandum] *T*, mutilandum (motelandum *N*, utilandum $B^{a}$, uentilandum $B^{b}$) *brev.* 10 aetate *N* 10/11 se mox] *BL*, ∗∗∗ox *T*, mox *NECPMQS*, se *O* 11 gaudeat patrimonio (-nium $T^{a}$)] p. g. *O* restitutus *Q* quoniam] quod *L* 11/12 mediocres $NB^{a}X$ 12 pensanda (penda $L^{a}$, pensandam *E*) fort.] f. p. *O* hereditatem *OL 12* mobilia] moulia *X*, mobili *14* 13 non etiam (et *ins. B*) inmobilia] *TBOE*, *om. NXCPMLQS 12. 14. 16. 17* relinquatur *14* nec] ne *L 12* aliqui] aliquis *C*, aliquid $B^{a}EXQ$, alia *N* fundorum] fecundorum *N*

tus supputentur, ex quibus vel familia pupilli sustentari (vale)at vel pupillus, ex mobilibus aut praedia idonea conparentur (aut, s)i forte, ut adsolet, idonea non potuerint inveniri, iuxta antiqui (iuri)s formam usurarum crescat accessio; ut et hic, unde fundorum (redi)tus non sperantur, ex incremento rei mobilis minoris necessitas adiuvetur et ibi sine periculo tutoris usurae penitus n(on petan)tur. DAT. VI K. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HON(ORIO) III AA. CONSS.

collocent, ita tamen, ut ex mobilibus aut praedia idonea comparentur aut, si forte, ut adsolet, idonea non potuerint inveniri, iuxta antiqui iuris formam usurarum crescat accessio, quarum exactio ad periculum tutoris pertinet.

INTERPRETATIO. Mox ad tutelam quis accesserit, adhibitis continuo primatibus civitatis vel defensore cum officio suo, suscepta pupilli bona facto rerum conscribat inventario: et si quid erit in pecunia vel argento vel quae non possunt vetustate perire, praedictorum anulis obsignata reponat et nulla occasione minuatur, neque id pupillo, dum in annis minoribus fuerit, pro litibus aut aliis causis noverint committendum, sed usque ad perfectam aetatem omni integritate serventur: in reliquis rebus proficiente diligentia. Nam si minores eius facultates sunt, ut non sit patrimonium illis, et tantummodo substantia in rebus mobilibus invenitur, sciant tutores sibi esse permissum, ut vendere praesumant mobilia et agros conparare, ut minoribus in ea parte prospiciant; si vero non est eiusmodi substantia, unde praedium conparetur, hanc iubentur habere diligentiam, ut pecunia colligatur et conpendiis usurarum aut quibuslibet aliis rebus commodum pupillis adquirant, aut, si forte tenuitas substantiae erit, exinde salva re pupillis substantia ministretur, et si ita egerint, a tutore pupillus non erit quaesiturus usuram.

---

*T (quae deficiunt, uncis concluduntur)* BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLQS et inde a 164, 11* et quoniam *X 12. 14. 16. 17).* — IVST. 5, 37, 24.

1 supputentur] *scr.* suppetant pupillis *E* sustentare *E 17*[a] ualeat] ualeant *B*[a], *om. E*[a] 2 pupillos *NE 16*, pupillibus *X* conparentur (comparantur *16*) .... 3 adsolet *om.* $C^1Q^1$ 3 idonea *om. XCQ* poterint *PMLQS 12. 14. 16. 17*, poterit *XC* inuenire *N* iusta *S* 4 forma *PMLXS 12. 17* usurarum] urarum *S* crescat] *TNBOES*, capiat *PMLQ 12. 14. 16. 17, om. XC* et *om. BS* 5 ex] et *B* incremento] *T*, incrementis *brev.* minoris] *TN* $B^b$*OEXCS*, minores *B*[a], terris *PMLQ* 6 tutores *N* 7/8 dat. ui (uii *Iust. [Hal.]*), uiii *Iust. [PL]*) k. mart. const. arc. iiii et hon. iii (ui *PMQS, om. T*) aa. *libri. At eo tempore Caesarius potius quam Eutychianus praefecturam obtinuit (vide ad 3, 12, 3)* 9 quis] si quis *B* 10 primatibus ... suscepta] praecepta *PM* cum] cui $C^3$ *ex Bern.* pupilli bona *om. S* 11 inuentaria *B*, inuentarium *E* argento] in argento (-tum *N*) *NE* quae] in quae $C^2$*PMLS*, in quia $C^1$ 12 anulis obsignata (-tam *S*)] anulo subsignata *B* occasionem *NL* minuatur] muniatur *S*, inueniatur *L* id] a *S* 13 nouerit *BPML* committendam $B^1$ 14 perfectam] fectam *L* seruetur *B* in] sicut et in *B* proficiente] prouidenti *B* 15 minoris *C* facultates sunt] *libri*, s. f. *edd.* sit] sint *E* et] sed $EC^2$, *om. L* 16 inueniatur *B* 17 et] e *N* conparent *B* perspiciant *B*, proficiant $E^2L$ est *om. E* 18 hec *L* 19 usurarum] usu *L* pupillis] ut illis *PMS* 20 erit ..... substantia *om. B*[a] 20/21 pupillos *N*, pupillus $C^1$

# XXXI. DE EXCVSATIONE TVTORVM.

*sic (sed litterae* tion *et* tut *dubiae) cum numero T — Iust. 5, 62:* de excusationibus et temporibus earum.

31, 1 (400 Mart. 5).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. FLAVIANO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Excusation(em navi)culariis tutelae sive curae hactenus ipsis tribuimus, ut (in huius)modi officiis minoribus sui tantum corporis obligentur. (DAT. III NON.) MART. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

---

*T (quae desunt uncis comprehensa supplet Iust.).* — IVST. 5, 62, 24.

# XXXII. DE PRAEDIIS MINORVM SINE DECRETO NON ALIENAND[*IS*].

*sic (sed* pr *in* praediis *corr. ex* de; *deinde* alienandis *plene Peyron) cum numero T. — Iust. 5, 71:* de praediis vel aliis rebus minorum sine decreto non alienandis vel obligandis.

III, 32, 1 (322 [325?] Dec. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD SEVERVM. Minores, qui intra vig[*inti quin*]que annorum aetatem sunt, praedium vel mancipium rusti[*cum sine*] decreti interpositione alienatum, etiam non petita in inte[*grum res*]titutione, poterunt vindicare; ita ut, si hac lege proposita ta[*ntum*] ad metas vicesimi et quinti anni supererit, ut coepta lis [*intra*] eiusdem anni finem terminari non possit, inchoata lis pos[*sit proten*]di. Sed et ii, quos eadem lex exacto vicensimo et quint[*o anno*] intra viginti et sex annos deprehenderit, incoare pe[*titiones*] suas non morentur, quoniam usque ad vicensimum et [*sextum*] annum ita inchoatae litis tempora concluduntur. Qu[*i vero*] post hoc tempus agere temptaverit, expellatur, ut iam [*certus*] securusque possessor sit. DAT. XV K. IAN. SERD[*ICAE*] PROBIANO ET IV[*LIANO CONSS.*].

---

*T (supplementa pleraque sunt Peyroni).*

1 seuerum] *fortasse* p̅u̅ 1/2 aetate *T* 3/4 praeposita *T* 4 quinq *(spat.)* an *(?)* ti anni *(post* quin *deletum est* que an) *T* caepta *T*ᵃ | 5 inquata *T* hii *T* 9 *si data est ad praefectum urbi, anni est 325*

---

III, 32, 2 (. . . . . ).

IMPP. ⸢Etsi⸣ minores vel ex patris nomine vel ex (suo, de)bitis dumtaxat fiscalibus ingruentibus, vel ex privatis co(ntracti)bus repperientur obnoxii, decreti interpositio a Const(antiniano) praetore celebranda est, probatis examussim causis, (ut pate)facta rerum fide firma venditio perseveret. || Haec cum [*ita sint,*] etiam suspecti tutores sub eius debent examine postul[*ari, contraria*] quoque actione tribuenda; scilicet ut tunc demum ad exp[*erienti*]am tuam servatis legibus recurratur, || si apud utrumque p(raeto)rem, dum quaestio ventilatur, ab aliqua parte auxilium (pro)vocationis fuerit obiectum, ⸢ut provocationis merita [*subli*]mis disceptator expendas⸣. DAT.

IVST. 5, 71, 18
⸢si⸣
|| *fin.*

IVST. 7, 62, 17
|| *inc.*
⸢praefecturae urbis iudicium sacrum appellator observet⸣

---

*T.* — IVST. 5, 71, 18. 7, 62, 17.

*Inscriptionem et subscriptionem omittit teste libro T in spatiis vacuis Theodosianus, ubi haec constitutio post* 3, 32, 1 *extrema est libri tertii. Similiter sic ut supra legitur a Iustinianis eam repertam esse inde colligitur, quod utroque loco (5, 71, 18. 7, 62, 17) hiatus expleverunt ex huiusce tituli l. 1, nisi quod altero loco propter argumentum ab ipsis mutatum Iulianum p. u. Severo substituerunt.* KRÜGER *(cf. comm. phil. Mommsen. p. 83).*

1 imp. constantinus ā et constantius c̄ ad seuerum *Iust. 5, 71, 18,* idem ā (*praec.* imp. constantinus ā) et c̄ *(sic Summa Perus., om. rel.)* ad iulianum p̅u̅ *Iust. 7, 62, 17* 3 reperiantur *Iust.* 4/5 examussim] examinatissimis *vel* examinatisque *Iust.* 11 *subscr. sic* (*sequitur* t̅h̅e̅o̅d̅ l̅i̅b̅ iii e̅x̅p̅ i̅n̅c̅ l̅i̅b̅ iiii feliciter) *T*, *repetitur subscriptio legis in Th. praecedentis Iust. 5, 71, 18 (Ver. Hal.), nulla est Iust. 7, 62, 17*